



**Dialectica Johannis Caesarii in X. tractatus digesta : omnia  
fere ejus artis paecepta tam breviter quam luculenter  
complectens. Item appendix, in qua ex Alcinoo philosopho  
platonico declaratur, quid sit philosophia, et quid  
philosophus, Item Marsilio Ficino quot sint apud philosophos  
differendi genera.**

<https://hdl.handle.net/1874/421426>

*gut*

2

DIALEC:  
TICA IOHANNIS CAE  
sarij in X. tractatus digesta, om-  
nia fere eius artis præcepta tam  
breuiter quam luculenter  
complectens.

Item appendix, in qua ex Alcinoo philoso-  
pho platonico declaratur, quid sit philoso-  
phia, & quid philosophus, Item Marsilio Fi-  
cino quot sint apud philosophos differendi  
genera.

M. D. XXXV.

AVTORES QVI IN HOC OPVS  
sculo citantur, hi sunt.

EX GRAECIS.

Plato.	Porphyrius.
Aristoteles.	Herodotus historicus.
Theophrastus.	Diogenes Laertius.
Themistius.	Suidas.
Nicephorus	Iohan. darnascenus.

EX LATINIS.

M. Cicero.	Vergilius.
Seneca.	Ouidius.
Fab. Quintilianus.	Horatius.
C. Plinius Secundus.	Persius.
Victorinus.	Iuuenalis.
Ambrosius.	Martianus Capella
Augustinus.	Diomedes grāmaticus.
Boetius.	Aul. Gellius.
Anshelmns.	Iustinus historicus.
Priscianus grāmaticus	Georgius Trapezōtis.
Donatus grāmaticus.	Alexander Hegius.
Macrobius.	Rudolphus Agricola.
Laurentius Valla.	Iacobus Faber Stapul.
Geor. Valla Placētius.	Iodocus Clichtoueus.

**AD CANDIDVM LECTOREM**  
seu potius ad studiosam iuuentutem, Ios  
hannis Cæsarij in artem diales  
cticam præfatio.

**I**ntra liberalia studia, quæ uulgo ita  
dicta sunt, autore Seneca, q[uod] sint lis-  
tero homine digna, non minima exi-  
stimari censericq[ue] debet dialectica, ob-  
id scilicet, q[uod] cæteris artibus & disciplinis ancil-  
letur quodam modo ipsa, & suum præstet ob-  
sequium: cum interim nihilo minus & ipsa  
pars philosophiae & sit, & habeatur: quippe  
quæ proprium perinde ac reliquæ bonæ artes  
finem retineat. Est autem hic inuentio iudicis  
umq[ue] rationum, quem admodum id tradit ac  
docet Boetius q[uod]c[um]q[ue], haud ignobilis apud lati-  
nos philosophus, eruditorum tamen ( si Lau-  
Vallæ credimus) vltimus. Itaq[ue] hæc ars, qua  
tenus quidem ipsa suum habet retinetq[ue] finē.  
iscq[ue] à sola philosophia cōsideratur, pars utiq[ue]  
philosophiæ ponenda est: quatenus uero finis  
ille ad alias quoq[ue] philolosophiæ partes suam  
pollicetur exhibetq[ue] operam, instrumentū ip-  
sius philosophiæ, & sciendi ratio non ab re lu-  
dicata est. Quo etiā nomine tanto magis hæc  
ars amplectenda fuerit studiose iuuentuti. De  
qua quidem arte quāquā cōplures ante me, ut  
etiam post me quidam, tam ex Græcis q[uod] ex  
Latinis hominibus, non sine laude scripserūt,  
ex his tamen aliij quidem adeo operose atq[ue]

## IOHANNIS CAESARII

prolixè, ut discentibus illam, aut etiam legenti  
bus fastidium propermodū pariant: alij tanta  
usī breuitate, ut eius rei institutiōi neutiq; satis  
facere probentur, partim ob artis subtilitatē,  
partim ob quorundam ingenia non ita prom  
pta atq; capacia: quidam uero tam confuse atq;  
que (ut ita dixerim) argute, ut quantum quis  
dem ad ipsam institutionem attinet, maiorem  
in modum profuerit eam artem nō ex illis ad  
discere conari. Omitto nūc eos, qui de eadem  
arte scripserunt & ipsi quidem, uerum adeo  
barbare, adcoq; inerudite, ne dicam insulse, ut  
si quis paulo liberalius institutus in eorum lis  
bros incideret, uidelicet ut dialecticam inde di  
scere uellet, aut saltem pro explorato habere  
posset, qualisnam ars ea sit, is haud dubie non  
tam autores tales, q; artem ipsam contemneret  
protinus reiaceretq;. Hoc ipsum cum ego tan  
dem animaduertissem, expertus nimirum iam  
multo ante ea omnia, coepi mecum cogitare,  
quonam pacto huic tantæ molestiæ remediū  
qualecunq; uel per me afferretur, si modo iam  
scopum illū attigi, simulq; aggressus sum col  
ligere hinc inde ex non contemnendis autoris  
bus, atq; componere de ea ipsa arte tractatus  
aliquot, uidelicet numero decem, idq; anno ab  
hinc retroacto septimo uel circiter, eosdemq;  
per idem tempus in mille & quingenta exem  
plaria excudi, & sub auspicio generosi & illus  
tris dominii Hermanni comitis Nucenarij, &

## PRAEFATIO.

in signis ecclesiæ Colonensis præpositi, publi  
cari ac in commune edì curauit, ratus equidem  
rem me facturum studiosis cum primis huius  
artis adolescentib. necnon & præceptoribus il  
lorum utilem simul & gratam, utpote optata  
diu: ut qui iam politioribus literarum studijs  
imbuti, atq; his dediti prorsus, nihil proinde  
suis siue auditoribus, siue discipulis prælegere  
uelent, nisi quod uel plane latinum & eruditum  
esset, uel ab ipsa latinitate atq; eruditione non  
in totum abhorreret. Quod quidem si & ego  
in his tractatibus asseditus sim uel mediocri  
ter, non est meum dicere, aliorum potius iudic  
cium esto. Attamen ipse conatus ad hoc, si nō  
admodum probari potest, certe nec improbas  
ri omnino debet. Nam (ut Propertij uerbis  
utar) Audacia certe laus erit, in magnis & uoz  
luisse sat est. Verum enim uero cum deinde nō  
multo post à priori illa editione animaduerte  
rem quoq; iam tum eos ipsos tractatus parū  
diligerent excusos, utpote operatum multuaria,  
ut plerunq; sit, ac ob id ipsum in locis non pau  
cis castigationem desiderasse: quæ res etiam,  
q; interim tum ipsos huius artis professores,  
tum auditores atq; lectores male habuit, id  
quod ex nonnullorum literis ad me datis ita  
esse didici atq; cognoui, in mentem tandem  
mihi uenit rem quoq; me facturum, & sic quis  
dem neq; ingratam neq; inutilem iisdem, si cu  
ravero uti denuo excudere f. hæc ipsa dialectio

A iii

## IOHAN. CAE SA. PRAEFA.

ea nostra, sed recognita prius ex amissim & p  
be castigata, necnon & locis aliquot, at paucis  
tamen locupletata, ut in quibus id operae pre  
tium uideat. Cuiusmodi sane nunc ipsa exit  
atq; in publicum prodit, quemadmodum id  
iam uidere atq; experiri unicuiq; facile licebit.  
At nunc etiam priusquam finem huic præfa  
tioni imponam, quorundam grauissimorum  
autorū sententias breuiter subscribendas sub  
ſt̄ciendasq; existimauit, ut ex quibus intelligere  
etiamnum poterit diligens lector, qualisnam  
ars sit dialectica, & quatenus in ipsa discenda  
immorandum sit, simul etiam unde & quomo  
do inuentio eius habeatur, tum vero quod p̄  
ter hanc artem aliarum artium studia non sint  
contemnenda, contra falsum & temerarium  
aliquorum iudicium. D IX I.

## CICERO IN BRVTO.

Dialectica (inquit) ars est, quæ docet rem  
uniuersam distribuere in partes, latentem ex  
plicare definiendo, obscuram explanare inter  
pretando, ambiguam primum uidere, deinde  
distinguere, postremo habere regulam, qua ue  
ra & falsa iudicantur, & quæ quibus proposi  
ta sint, quæcq; non sint sequentia.

## AVL. GELLIVS. ca. s. libri. 16.

Dialecticæ (inquit) disciplinæ studium atq;  
cognitio, in principijs quidem tetra & asper-

nabilis, insuauisq; esse & incivilius uideri solet,  
sed ubi aliquantulum processeris, tum deniq;  
& emolumenatum eius in animo dilucebit, &  
sequetur quædam descendendi uoluptas insatiabi  
lis, cui sane si modum non feceris, periculū nō  
mediocre erit, ne ut pleriq; alij in illis dialecti  
cæ gyris ac mæandris tanquam apud Sires  
nios scopulos conserescas.

AUGUSTINVS in libro de ordine.

Scientia argumentandi, diuidendi, definien  
di, nō ab hominibus pro arbitrio instituta est,  
sed in rerum ratione comperta est.

BOETIVS in eius libri principio, quem  
de syllogismis cathegoricis inscripsit.

Sed quia ad hoc opus (inquit) lector accedit  
ab eo primum petitum uelimus, ne in his quæ  
nunq; alias attigerit, statim audeat iudicare: ne  
ue, si quid in ludo puerilium disciplinarū rudis  
ad huc, & nondū firmus acceperit, iā ut sacros  
sanctū amplexandū atq; etiā colendū putet.  
Alia enim teneris atq; imbuendis adhuc auris  
bus accommodata, alia firmis ac robustioris  
bus doctrina mentibus reseruatur. Quare si  
quid est quod discrepabit, ne statim obstrepar,  
sed ratione cōsulta, quid ipse sentiat, quid no  
offeramus, ueroire mentis acumine & subtilio  
re consideratione dijudicet. Ita namq; eueniet,  
ut quæ in primo statim studendi aditu didice  
runt, perspecta penitus, ac potius deprehens

sa contemnunt. At si iam quisquis suæ sciencie defensor cupidus esse malit ( habent enim hoc quoque uitij homines, quos comprehendit uetus ac longa segnities, ut ab abreptis semel opinionibus non recedant, ne in senectute disscendo, nihil usque in senectutem didicisse uides antur.) si inquam malunt vindicare querere, quæ uulgatis semel studijs imbiberunt, nemo expetit ut priora condemnent, sed ut maiora quædam atque altiora coniungant. Non enim una eademque diuersarum ratio disciplinarum, cum sit diuersissimis disciplinis una atque eadē subiecta materies. Aliter enim de qualibet orationis parte grammatico, aliter dialectico disserendum est. Nec eodem modo lineam uel susperficiem mathematicus, uel physicus tractat.

Quo fit, ut altera alteram non impedit disciplina, sed multarum confides ratione coniuncta, siat uera naturæ atque ex omnibus explicata cognisiō : Hęc ille.

DE PRAEDICAB. TRACT. I.

DIALECTICA E IO.  
HANNIS CAESARII.

TRACTATUS PRIMVS.

Qua ratione à prædicabilibus initium huius  
artis tentandum sit, licet in ea omnium  
minima sint prædicamenta.



VE M A D M O D V M  
qui legendi, & lecta recte in  
telligendi callem quaerunt,  
primum quidem elementa  
ac literas discunt, inde ad  
syllabas transcedunt, à syllab  
is autem ad dictiones per  
ueniunt, & deniq; ad orationem ipsam: ita qui  
totius philosophiae instrumentum, hoc est, dis  
serendi artem (quā dialecticen Græci uocant)  
expetūt, in prædicamentis dinoscēdis in primis  
erudiri debent, inde ad interpretationem pro  
gredi, ab interpretatione demum ad syllogis  
morum ferri figurās. Decem namq; prædicat  
menta tanquam elementa sunt quædam: quip  
pe quæ simplices sunt uoces, & disiunctæ, &  
per se dūntaxat inspectæ. Verbi gratia: Sub  
stantia, quantitas, ad aliquid, qualitas, ubi, quā  
do, facere, pati, compositū esse, habere, & quæ  
sub ipsis sunt, ut species sub ipsis generibus, &  
quæ ex ipsis diuisa, ut quæ specificæ differens

A v

## DE PRAEDICABILIBVS

tiæ appellantur. Verum enim uero cum prædicamentorum ratio haud ita facile à quo uis percipiatur citra cognitionē prædicabilium, quā certe & ipse Porphyrius prædicabilium autor ad Chrysostomum scribens, etiamnum necessariam esse indicat, non solum ad eam, quæ est apud Aristotelē, prædicamentorum doctrinā intelligendam, uerum & alia quædam, nempe ad diuisionem, ad definitionem, & ad demonstrationem: quæ tria potissima sunt ad comprehendendas disciplinas instrumenta, utpote cuius gratia hanc artem inuentā esse constat: de ipsis prædicabilibus quæ vocantur, prius quā breuiissime dicendum est, simulq; ab his initium huius artis tentandum.

Hic est ille Porphyrius, qui, ut ait Suidas, acerrimus Christiani nominis hostis, linguam ob id suam aduersus Christianos excutit, qua per multa conuictia eos contumeliosissime infestatus est. Quippe qui preterquam quod de prædicabilibus scriptum a scilicet librum reliquit, scripsit alios quamplurimos, & inter hos. XV. aduersus ipsos Christianos. Claruit autem imperante Aurelio Cesare, uixitq; ad tempora usq; Diocletiani imperatoris. Hæc ille. Quocirca mihi quidem uidetur autor ille quamlibet magnus, è Christianorum schoolis exigendus potius quam prælegendus, cum aliunde iam harum quinque uocum cognitio abunde satis haberi posset.

# TRACTATVS I.

## PREDICABILE quid sit.

**P**Rædicabile igitur uox est, quæ de pluribus uniuoce prædicari potest, ut genus, ut species, ut differentia, ut proprium, ut accidens. Horū enim unū quodc<sup>z</sup> tam uoce, q<sup>z</sup> ratione eadē, de pluribus prædicari natū est, id quod de singulis paulopost, proprio uniuscū iusq<sup>z</sup> loco latius explicabitur, quo sit ut individuum prædicabile dici nō possit, nisi improprie, quippe quod de uno solo prædicatur tantum ut Socrates, quæ uox de ipso tantum Socrate prædicas. Quæ eadē tametsi de alijs quoq<sup>z</sup> cō pluribus prædicatur, id certe iam nō uniuoce, sed æquiuoce sit. Veluti cum de utroq<sup>z</sup> Catone, Censorio atq<sup>z</sup> Uticensi, Catonis nomē prædicator. Prædicabile igitur aliud quidem proprie tale dicitur, aliud uero minus proprie.

De eo quod differens, & quod idem dicitur: tum quot modis utruncq<sup>z</sup> dicatur.

**S**Ae de plurib. prædicari dupliciter cōtin<sup>z</sup> git: Aut. n. de pluribus numero differentibus, aut de plurib. differentib. specie. Proinde paulo altius repetendū hoc loco, atq<sup>z</sup> dicē dū breuiter. Differens q<sup>z</sup> modis dicas: tū quod huic ex aduerso respōdet. Idē. Ita fiet haud dubie, ut quæ sequuntur, planius percipi queant. Sciendum igitur, q<sup>z</sup> differens tot modis dicitur, quot modis dicitur idem. Idem autē tripliciter dicitur: Nam aut genere, aut specie, aut numero idem alicui quippiam dicitur. Et genere

## DE PRAEDICABILIBVS.

quidem eadem dicuntur, quæcunq; sub eadē genere continentur proximo, ut homo & leo sub animali. Specie uero, quæcunq; sub eadē specie continentur, ut Socrates & Plato sub homine. **N**umero porro eadem, quatuor dicūtur modis: nempe aut nomine, ut Marcus & Cicero; aut definitione, ut homo & animal rationale; aut proprio, ut homo & risibile: aut accidente, ut mel & ipsum tum flauum, tū dulce. **H**inc iam colligit, & differens ab alio quippe piam tripliciter dici: genere, specie, & numero. Genere quidem differentia dicuntur, quæ sub diuersis sibi proximis generibus continentur, ut homo & quercus. Siquidem homo sub animali proximo sibi genere, & quercus sub arbore, itidem genere proximo continetur. Specie uero differentia dicuntur, quæcunq; sub diuersis continentur speciebus, ut Alexander & Bucephalus: quippe Alexander sub homine, Bucephalus uero sub equo continetur. **Q**uin & specie differentia dicuntur ipsæ inter se species diuersæ, tametsi unius generis species sunt ut homo, leo, bos, equus &c. **N**umero porro differentia dicuntur, quæcunq; in numerando hoc est, dum numerantur, inter se differunt, ut Socrates & Plato. Nam cūm dixit quispiam, **H**ic Socrates est, & item, **H**ic Plato est, duas iam fecit unitates, unam in Socrate, in Platone alteram. Atq; ita non eadem in Socrate unitas numerata est, quæ in Platone, sed altera

## TRACTATVS I.

Atq; altera: & per hoc numero tantum differe  
runt Socrates & Plato.

DE genere quid sit &, quomodo  
diuidatur.

**G**enus cum multipliciter dicatur, autore  
Victorino ( dicitur nanc; & parens &  
patria, hinc illud Vergilij, Vnde genus  
ducis. Item & cuiuslibet rei qualitas, ut si dicas  
Cuius generis uestis est ) una tamen eius signi  
ficatione est, secundum quam prædicabile fit, si  
militudine uidelicet à primo illorum trium si  
gnificatorum sumpta, & à philosophis hoc pa  
cto definitur: Genus est quod de pluribus &  
differentibus specie, in eo quod quid est prædi  
catur, ut animal de homine, de leone, & equo.  
nam si quæratur, quid est homo? quid leo? itē  
quid equus? recte conuenienterq; de unoquo  
que horum respondebitur, q; animal est. Anis  
mal igitur de homine, de leone, & de equo, in  
eo quod quid est prædicatur. Atq; hæc ipsa  
inter se specie differunt, tametsi sub animali, ut  
sub genere proximo, continentur. Diuiditur  
autem genus in genus generalissimum, & ge  
nus subalternum. Genus generalissimum est, su  
pra quod nō ē aliud superueniens genus. Atq;  
id quidem in unaquaq; prædicamentorum se  
rie ita obseruatum est, ut sit aliquod supremū,  
quod proinde à quibusdam generalissimum, ab  
alijs principalissimum, aut ( quod Lau. Vallæ  
magis probatur) summū genus dicitur, ut sub

## DE PRAEDICABILIBVS.

stantia, quantitas, ad aliquid, qualitas &c. de quibus licet ens prædicetur, genus tamen ad nullum horum dici potest, quoniam non uniuersitate, sed æquiuoce de ipsis prædicatur. Definitur rursus & hoc modo: Genus generalissimum est, quod cum sit genus, non potest esse species: ob id quidem: q[uia] species (ut paulo post dicitur) ea est quæ sub assignato genere ponitur. Genus uero subalternum est, quod, cum sit genus, potest simul & species esse. Immo uero, quicquid continetur inter genus generalissimum & speciem specialissimam, genus subalternum dici potest.

DB specie, quid sit, & quomodo diuidatur.

**S**peciei quoq[ue] multiplex est acceptio, Nam præter cætera eius significata, uniuscuiusq[ue] rei forma species dicitur. Hinc speciosos dicimus, qui forma sunt liberaliori. Species item dicitur, quæ generi subiicitur, secundum quam significationem à philosophs accipitur, definiturq[ue] hoc modo: Species est quæ de pluribus & differētibus numero, in eo quod quid est prædicatur, ut homo de Socrate & Platone & ut nostræ religionis uocabulis utar, de Petro ite & Paulo. Definitur rursus species, ea quæ sub assignato genere ponitur. Quæ quidem definitio, tam speciei specialissimæ, q[uia] speciei subalternæ communis est, prior uero tantu[m] conuenit speciei specialissimæ. Sciendum itaq[ue] ut ges-

## TRACTATVS I.

nus supra diuisum est in genus generalissimum,  
& genus subalternum, ita & species nunc diuidi-  
tur in specie specialissimam & speciem subalter-  
nam. Species quidem specialissima est, quæ cum  
sit species, genus esse non potest: quippe quod  
sub se species alias non habeat, ut homo, sub  
quo individua tantum continentur. Species uero  
subalterna est, quæ & genus & species esse po-  
test, ad aliud quidem & aliud sumpta, cuiusmodi  
ea omnia sunt quæcumque media sunt inter genus  
generalissimum, & speciem specialissimam, id  
quod subscripta figura luce clarius indicabit.

### DE INDIVIDVO.

**S**ed & interim de individuo pauca adiijces-  
re liceat. Siquidem praeter eam significas-  
tionem, qua id esse definitur, quod de uno so-  
lo particulari praedicatur, idque multis modis,  
ut Socrates, & hoc albū, & hic ueniens, et So-  
phronisci filius, si solus ei Socrates extitit fi-  
lius, alia eius à Iohanne Damasceno significa-  
ta produntur. Nam & quod inseabile prors-  
sus & individuabile est, individuum dicitur, ut pun-  
ctum, & temporis momentum, & ipsa nimirū  
unitas. Et quod difficulter sub sectionem uer-  
nit, ut adamas, & quicquid tale est. Praeterea in  
individuum dicitur & species specialissima, qđ in  
alias uidelicet species non dividatur. Sed ex  
his omnibus prima illa individui significatio  
propria huius loco & peculiaris est. quod &  
quidam ita interpretant, ut ipsum asserant ex

## DE PRAEDICABILIBVS

quibusdam proprietatibus constare, quarum  
collectio nunq̄ in alio quolibet eadem erit.

### F I G V R A.

#### Substantia.

Corporeæ	Corpus	Incorporeæ
Animatum	Aiatū corpus	Inanimatum
Sensibile	Animal	Insensibile
Rationale	Rationale animal	Irrationale
Mortale	Homo	Immortale

Socrates, Plato, Aristoteles, Cato, Cicero, Vergilius.

#### De tripli differentia.

**D**ifferentia uero communiter, proprie,  
& magis proprie dicitur. Communiter  
quidem differentia dicitur, qua alterū  
ab altero alteritate quadam differt solum. Al-  
teritate inquā, hoc est, qualibet ratione ab alte-  
ro diuersum. Qua quidem differentia Xeno-  
rat. lib. de ut autor est Diogenes Laertius: quod hic qui-  
Isocrate dem præcipiti & acri ingenio erat, ille uero  
refert, Iso tardo atq; hebeti. Rursus & hac ipsa differen-  
erates do tia à seipso quispiam differt, puero olim, & iā  
etor iquit uiro, & faciente nunc aliquid, cum antea quic-  
singularis sceret. Quo sane modo apud Vergiliū de He-  
dicebat se etore in aliud quasi hominē mutato, Aeneas  
in ephoro inducitur ita loquens: Hei mihi qualis erat,  
quantum mutatus ab illo Hectore. Proprie-  
tealcarib. ro differentia dicitur, qua alterum ab altero  
contra au differt accidente inseparabili, Quomodo is,  
qui ocu-

## TRACTATVS I.

qui oculos habet cæfios, ab eo differt, qui tales tē i Theo non habet. Magis autem proprie differentia pōpo frē dicitur, qua alterum ab altero differt non acci<sup>n</sup>is uti so- dente quopiam siue separabili siue inseparabi<sup>l</sup>lere. Alte rū uniuscuiusq<sup>p</sup> rei ratio est. Itaq<sup>p</sup> ab equo ho<sup>r</sup>um enim mo differt rationali qualitate. Siquidem ho<sup>r</sup> exultantē mo rationalis est, equus uero irrationalis. Præ uerborum terea ut hæc speciem à specie differre facit, un<sup>audacia</sup> de & specifica differentia dicitur, ita superiores duæ individuum ab individuo separant, quæ ob id ipsum accidentariæ, siue aduentitiæ dif- ferentiæ dici possunt. In uniuersum igitur omnis differentia alteratum facit: Sed quæ specifica dicitur, ultra id quod alteratum facit, aliud uerecūdā- quoq<sup>p</sup> facit. Atcq<sup>p</sup> ita differentiæ cōmunes qui tem inci- dem sunt, quibus omnes aut ab alijs, aut à no- tabat bis ipsis differimus. Propriæ quæ uniuscuiusq<sup>p</sup> individui formam aliqua naturali proprietate depingunt: Magis autem propriæ, quæ in substantia ipsa permanent, & uniuscuiusq<sup>p</sup> rei rationem explicant, & speciem à specie disiungunt.

DE ea que specifica differentia di-  
citur, quid sit.

**D**ifferentia ergo, quæ magis propria & specifica dicitur, & proinde tertium fa- cit prædicabile, ea est qua species (ut di- fētum est) à specie differt, & hoc modo diffini- tur: Differentia est quæ de pluribus differentiis

B

## DE PRAEDICABILIBVS.

bus specie, in eo quod quale quid est prædicatur, ut rationale de homine & de deo, si Porphyrio credimus, qui tam deum & hominem animal esse opinatus est, idque magis Platonicorum sententia, qualis & ipse erat: quā secundum ueritatem. Est igitur ( sed id exempli causa nunc admittatur) & deus & homo animal rationale, sed à deo homo separat mortalitate, quod homo quidem mortalis sit, deus autem immortalis. Rursus autem & hoc pacto definitur: Differentia est, quæ diuidit atque dispescit ea, quæ sub eodem genere posita sunt, ut rationale hominem separat ab equo & leone, ceterisque animalibus omnibus, quaecunque rationis experientia sunt. Assignatur item & hæc eius descri-

Aëtus à p[ri]mo: Differentia est, qua species genus superat, ut homo quatenus est & rationalis & mortal[is], animal superat exceditque. Siquidem nihil horum actu animal est, licet potestate non effert, quæ has solum habeat differentias, sed & his operatis. Diuiditur autem huiusmodi differentia, quæ & per se, & specifica, & per hoc manifesta, ut homo gis propria differentia dicta est, quæ hic quidem qui ridere genera diuidit in species, illa uero species constituit & informat. Omnis quippe differentia generi adueniens, constituit speciem, ut cum rationale additur animali, hominem protinus constituit, quæ species animalis esse dinoſcitur. Vnde & hæc proinde constitutiva differentia dicitur, quemadmodum illa quæ genes

## TRACTATVS I.

ra in species secat, differentia dicitur diuisua;  
Sciendum tamen, q̄ eadem differentia & diuisua  
dici potest & constituita: diuisua quidē  
generis, constituita autem speciei.

## DE PROPRIO, QVOT MODIS dicatur, tum & quot modis dicatur tur commune.

**P**roprium uero quatuor dicitur modis:  
Primo nanc̄ proprium dicitur, quod so-  
li aliqui accidit speciei, & si non omni, ut  
homini medicum esse, aut geometram: Secun-  
do, quod omni quidem accidit, sed non soli,  
quemadmodum homini esse bipedem, quan-  
do & aibus perinde id accidit: Tertio, quod  
soli quidem, & omni, uerum non semper, ut  
omni homini, & soli homini accidit in senectu-  
te canescere, licet Aristoteles & Plinius id etiā  
equis tribuant: Quarto, quod soli & omni &  
semper, quemadmodum homini ridere, idque  
potestate tamen magis & aptitudine quam a-  
etu. Siquidem omnis homo, & solus, & semp-  
risibilis est, licet nō semper rideat. Sane ut pro-  
prium his quatuor modis dicitur, ita cōmune  
quod proprio quodammodo opponitur, qua-  
tuor dicitur modis: Commune quippe dicit,  
aut quod in partes diuisibile est, ut ager com-  
munis pluribus: aut quod in usu cōmuni po-  
sitū est, a diuisione prorsus immune, ut seruus  
pluribus cōmuni, & equus, & puteus: aut qđ

## DE PRAEDICABILIBVS.

in occupando proprium factum est, alioqui  
commune, ut in templo aut theatro locus co-  
munis est omnibus priusq; occupetur, occupa-  
tus uero proprius fit occupanti; aut quod ex  
que omnibus sese præbet, ut uox præconis,  
aut alterius cuiuspiam concionantis, docen-  
tis uic.

## DE ACCIDENTE, QVID SIT.

• & quomodo diuidatur.

*Accidens quid* **A**ccidens est, quod adest & abest præter  
subiecti corruptionem. Definitur rur-  
sus & hoc modo: Accidens est, quod  
contingit eidem inesse, & non inesse, ut homi-  
ni album esse, & nō esse album, & sedere & sta-  
re. Quin & aliter hoc pacto: Accidens est, qd  
necq; genus est, necq; differentia, necq; species,  
necq; proprium, semper autem in subiecto sub-  
sistens est. Diuiditur autem accidens: Aliud  
nanc; separabile est, aliud inseparabile. Separa-  
bile quidem, ut dormire: Inseparabile uero, ut  
nigrum esse in Aethiope & coruo, & candidū  
in cygno. Accidens porro tam separabile quā  
inseparabile, aliud naturaliter tale est, aliud ex-  
trinsecus aduenit. Naturaliter quidem, ut pue-  
ritia, iuuentus, senectus. Extrinsecus autem,  
ut sedere, aut si qua cicatrix obducta uulneri  
occalluerit.

*Quomodo accidentis defi-*  
nitio intelligenda sit, cum solutione  
dubitacionis.

## TRACTATVS I.

**S**Vperest ultima huius tractatus pars, quā  
& aggredi iam certum erat, nisi nos remo-  
raretur dubitatio haud facilis, expenden-  
da interim, examinādaq; & discutiēda prius.  
Ea autem huiusmodi est: Si accidens est, quod  
adest & abest absq; eius in quo est interitu, qui  
sicer potest ut ex accidentibus aliud separabile,  
aliud inseparabile statuatur? Nam quod inse-  
parabile est, id abesse non potest. Sane huic du-  
bitationi Porphyrius ita paucis satisfacere uis-  
detur, quod ait exempli caussa coruum posse  
album subintelligi, Aethiopē candore nitens  
tem, præter utriusq; corruptionem interitum  
q;. Verum hoc ipsum Boëtius paulo altius res-  
petit, dicens. Nam quoniam sunt accidentia  
inseparabilia, in his definitio uidetur conueni-  
re non posse. Sed hæc (inquit) tam uehemens  
quæstio, soluitur hoc pacto, q; hæc ipsa defini-  
tio de accidentibus facta est potestate, non as-  
etu: intelligentia, nō ueritate. Age igitur quo-  
niam Aethiopi color niger auferri nō pos-  
test, animo eum & cogitatione separemus, erit  
tum color albus Aethiopi, non tamen species  
consumpta est. Ita quoq; si à coruo nigredine  
abstuleris imaginatione, permanebit tamen  
avis, nec species interibit. Ergo quod dictum  
est adesse & abesse, non re, sed animo intelligen-  
dum est. Quod tamen in his quæ speciem con-  
stituunt, haud ita sese habet, ut si ab homine ra-  
tionalitatem auferas: quam licet actu separare

## DE PRAEDICABILIBVS

non possimus, tamē si animo imaginatione ue  
disūxerimus, statim peribit hominis species.

## DE COMMVNITATE PRAE dicabilium inter se, & differentia itē eorum à se inuicem.

**C**ommune est omnibus prædicabilibus de pluribus prædicari, ut exempli grātia: Genus quidem de omnibus sub se contentis speciebus, & indiuiduis: de quibus omnibus & constitutiva cum primis differentia prædicatur. Species autem de his solū, quæ sub ea cōtinentur, indiuiduis. Proprium uero & de specie cuius est proprium, & de eiusdem speciei indiuiduis. Porro accidens & de speciebus pariter & indiuiduis, sed principaliter quidem de indiuiduis, secundo uero loco et de ihs, quæ continent indiuidua, hoc est, species bus ipsis. Quemadmodum è diuerso, propriū principaliter quidem de specie cuius est proprium, at secundo deinde loco, de illius speciei indiuiduis, ut risibile esse, prius quidem & principaliter de homine prædicatur, posterius uero & secundo loco de Socrate & Platone, cæst terisque particularibus hominibus. Commune item est omnibus prædicabilibus, præter accidens, uniuoce prædicari de quibus prædicantur. Differunt autem à se inuicem prædicabiliā, q̄ alia quidē prædicantur in eo, quod quid est, ut genus & species: alia uero in eo quod

## TRACTATVS I.

quale quid est, aut quomodo se habet quippiā  
id quod de plerisq; accidentibus queritur: ut  
si quis interroget, quomodo se habet Socras-  
tes: tum quis recte responderit, quod aut am-  
bulat, aut disputat: Si uero interroget quis  
piam, qualis est Socrates: apte fortassis respō  
debit alter, qd sapiens est. Ergo differentia, pro  
prium, & accidens, præsertim inseparabile, in  
eo quod quale quid prædicantur. A specie itē  
genus differt, quod genus quidem prædicatur  
de pluribus specie differentibus, species uero  
de individuis, & numero differentibus tantū.  
Et differentia à proprio & accidente differt,  
quod differentia quidem prædicatur in eo qd  
quale quid est, nempe secundum rei essentiam:  
proprium uero & accidens secundum rei pos-  
tius inhærentiam. Demum, proprium ab acci-  
dente differt, quod proprium quidem conuer-  
sim prædicatur de eo cuius est proprium, acci-  
dens uero minime. Hactenus de quinq; prædi-  
cabilibus uocibus, restat nunc ut prædicamen-  
ta aggrediamur.

## IN TRACTATVM SECVN

dum (in quo de prædicamentis agi-  
tur, & primum ostenditur quid sit  
prædicamentum, et cur ita  
appelletur) præ-  
fatio.

B iiiij

## DE PRAEDICAMENTIS



E P R A E D I C A M E N T I S  
tis deinceps scripturus, o  
peræ premium facere uide  
bor, si quid prædicamen  
tum, prius exposuero, ne  
nominis uis ipsum lectorē  
ad illorum iam cognitionē

properantem, longius æquo remoretur, ut po  
te nondum perspecta, dum tamē interim quid  
sit, scire laborat. Prædicamentum igitur est (ut  
& à trapezuntio definitur) terminorum qui  
secundum nullam complexionem dicuntur,  
natura rerum ordinatio, quæ definitio, ut mi  
hi quidem uidetur, hunc habet intellectum, qd  
prædicamentum aliud nihil est, q series quæ  
dam terminorum incomplexorum, quatenus  
ex his natura, id est, ratione rerum alij alijs sub  
iiciuntur, alij de alijs prædicantur. Cæterum  
nomen prædicamenti dictū hinc esse uidetur,  
q; de omnibus prædicantur decem numero  
prædicamenta, ueluti ipsorum uocabulorum  
elementa quædam, quo nomine & Quintilia  
nus ea uocat, & approbat Laur. Valla, q sens  
sus scilicet cæterorum uocabulorum ad ista  
tanq; ad elementa & principia referantur: ob  
eamq; rem (ut idem ait) genera quoq; dicun  
tur, q ex his cætera significata gignant: quo  
rumq; nullum alio superius est, aut alteri ge  
nus, sed ipsa genera sunt principalia, immo ue  
ro si sic dicere licet, principalissima genera;

## TRACTATVS. II.

Quoniā uero eorum quæ p̄dicanter, alia qui dem p̄dicanter æquiuoce, alia uniuoce, alia uero denominatiue, ab æquiuocis igitur & uniuocis & denominatiuis, necnō ab alijs qui busdam, quæ ante prædicamenta à recentiori bus dicuntur, ut ea quæ sequuntur ipsorū præ dicamentorum traditionem, postprædicamēta ab eisdem appellantur, uocibus quidem nō uis, at non adeo improprijs, hunc ipsum trāstatum auspicari couuenit.

### DE AEQUIVOCIS, VNIVOS cīs, & denominatiuis.

**A** Equiuoca dicuntur, quorum nōmē solum commune est, secundum nōmē ue ro-ratio substantiæ diuersa, ut animal homo, & quod pictum est, hominis tamen spe ciem imterim referens. Horum sane utriq; nos men commune est solum, nempe animalis. At uero substantiæ ratio secundum ipsum nōmē alia atq; alia. Vniuoca uero dicuntur, quorū nomen commune est, & secundum nomen ra tio substantiæ eadē, ut animal homo, & qd est equus. Horum nanc; unumquodq; (homo in quam & equus) animal est, & animalis quoq; rationem, hoc est, definitionem suscipit, quæ quidem est substantia animata sensibilis. Des nominatiua porro dicuntur, quæcunq; ab alijs quo, nempe ab ipso principali, solo casu diffe rentia, secundum nomen habent appellatio nem, ut à fortitudine fortis, à grammatica grāmaricus.

B v

## DE PRAEDICAMENTIS.

DE IHS, QVÆ ORDINE QVO<sup>S</sup>  
dam de subiecto aliquo prædicantur. Regula prima.

**Q**Vando alterum de altero, ut de subiecto quopiam prædicatur, quæcunque dicuntur de eo quod prædicatur, omnia & de subiecto ipso prædicantur, ut quia homo de Socrate prædicatur, de homine uero & animal & substantia, & animal igitur & substantia de Socrate quoq; ipso prædicantur. Quare si Socrates homo est, idem nimirum Socrates & animal est & substantia. Sciendum tamen qd intellectus regulæ accipi debet de ihs prædicatis, quæ nomina sunt, rei substantiam explicantia, non etiam de ihs, quæ nomina designativa, siue secundæ impositionis nomina, & per hoc nominum nomina à diuo. Seuerino Boetio, à recentioribus uero nomina secundæ intentionis appellantur: cuiusmodi sunt genus, species, & his similia. Quapropter de homine licet species prædicetur, & homo de Socrate, non perinde tamen & de Socrate ipsa species prædicabitur unquam.

DE GENERIBVS DIVERSIS,  
& non subalternatim positis Regula secunda.

**D**iversorum generum, & non subalternatim positorum diversæ sunt species, & differentie, ut animalis & scientiae. Animalis quippe differentiae sunt, gressibile, bipes

## TRACTATVS II.

uolatile, & aquatile: scientiæ uero harum nullæ la est, quin potius ipsius scientiæ differentiæ assignari possunt, quod hæc quidem naturalis hæc moralis, illa uero rationalis existit. At uero generum subalternorum, siue subalternatim positorum, nihil prohibet easdem esse differentias, ut auis, & animalis, quæ genera sibi subalternâ sunt. Siquidem species animalis auis est, eademq; corui genus. Vtriusq; autem utpote tam animalis q; auis differentiæ exēdē esse possunt, et diuersæ. Exēdē quidē, ut si quis has animalis differentias assignet, q; animaliū alia sunt quæ pascantur herbis, alia quæ seminibus, alia quæ carnibus, per quas & aues inter se differre dignoscuntur. Quandoquidem & inter aues aliæ herbis pascuntur, aliæ seminibus, aliæ carnibus. Diuersæ uero, ut cum animalis differentiæ assignantur, q; aliud quidem rationale est, aliud irrationale, quarum sane nulla, auis ab aue differt.

## DE PRAEDICAMEN<sup>s</sup>

tis generatim.

**E**orum quæ secundum nullam complexione dicuntur, unumquodq; significat aut substantiam, aut quantitatē, aut qualitatē, aut ad aliquid, aut ubi, aut quando, aut situm esse, aut habere, aut agere, aut pati. Et substantia quidem est (ut exempli gratia dicam) ut homō, equus: quantitas, ut bicubitus, tricubitus; qualitas, ut musicum, grans

## DE PRAEDICAMENTIS

maticum, album, nigrum: ad aliquid, ut duplū  
dimidium, maius, minus: ubi uero, ut in foro,  
in theatro: quādo autem, ut heri, anno superio  
ri; situm esse, ut iacere, sedere, stare: habere au  
tem, ut calceatum esse, armatum esse: agere, ut  
secare, urere: pati, ut secari, uriri. Sane ex  
ijs quæ dicta sunt, ipsa quidem secundum se sin  
gula in nulla affirmatione, uel negatione di  
cuntur, ut quæ neq; uerum neq; falso signifi  
cident. Horum autem ad se inuicem comple  
xione affirmatio utriq; fit aut negatio.

## DE SUBSTANTIA, QVID

sit, & quomodo dividatur.

*dum p. 100. 100. 100.*  
**S**ubstantia dicta esse uiderur, q; alij omni  
bus substet, proinde à Iohanne Damasces  
no hoc pacto describitur: Substantia est  
quæ per se subsistit, alio neutiq; indigens ut sit.  
Hæc ipsa ab Aristotele in primam diuitur &  
secundam. Et primam quidem eam esse dicit,  
quæ proprie & principaliter & maxime sub  
stare dicitur, & quæ neque de subiecto dicitur  
neq; in subiecto est, ut quidā homo, ut Socras  
tes, ut Plato, & si quid huiusmodi est, nempe  
singulare & individuum. Secundam uero sub  
stantiā, id est, secundæ substantiæ nomine, ap  
pellat species ipsas, in quibus quæ principalis  
ter substantiæ dicuntur, insunt, & harum spe  
ciæ generæ, ut homo, ut animal. Cæterorum  
primæ substantiæ id circa dici uident, q; sensi  
bus propinquiores sint, primeq; his occurrat,

## TRACTATVS II.

ut ex quarū hausta prius sensibus cognitione, D. Seneci generalitas deinde animo concepta colligitur, nus Boeti constituiturç. Ex quo & liquido cōstat, q̄ ex us in li. de secundis substantijs magis substantia ea dicit, duabus na quæ primis substantijs p̄pinior est, quippe turis i ch. quæ & pluribus etiā substata. Quo sit ut species magis substantia sit, q̄ gen⁹, ut homō, q̄ animal risto : In Porro inter species ipsas, quæ quidē huiusmo tellectus ī di sunt, ut genera esse non possint, nulla magis quit, uni- substātia ē q̄ altera, quēadmodū nec in primis uersalium sustantijs, altera, altera magis substantia est.

### DE SEX SUBSTANTIÆ

proprietatibus.

**O**MNIBUS substantijs, tam primis q̄ secū  
dis, proprium quodāmodo est, in sub-  
iecto non esse. Dico aut̄ quodāmodo,  
quando id non his conuenit solis, sed & earum  
perinde differentijs: quippe quę nec ipse in sub-  
iecto sunt aliquo. OMNIBUS insuper secundis  
substantijs, et earū differentijs cōuenit uniuos  
ce prædicari de primis, ut homo et animal de  
Socrate, et de eodē itē Socrate rationale. Oms  
nia namq̄ hæc de Socrate prædicantur nomi-  
ne pariter et ratione, id quod uniuoce p̄dicari  
supra definitum est. Substantie præterea nihil  
est contrarium. Quod tamen omnino uerum  
esse non uidetur, cum igni aqua, et aquæ ignis  
contrařius esse putetur. Sane hunc scrupulum  
Boetius paucis uerbis ita diluit: Neutrū, inqui-  
ens, horū elemētorū alteri cōtrariū ē, licet eorū

## DE PRAEDICAMENTIS

inter se qualitates repugnant diuersæq; sint.  
Substantiæ igitur nihil est contrarium. At nec  
proprium hoc substantiæ est, quando & quan  
titati perinde conuenit, & alijs quibusdā. Sub  
stantia item necq; magis, necq; minus suscipit,  
ut homo non est magis aut minus homo, uel  
se ipso prius uel posterius, uel altero quolibet  
homine. Quod ergo dictum est, necq; magis,  
necq; minus suscipit, id ita intelligitur, quod  
substantia ipsa necq; intēditur, necq; remittitur.  
Sed nec illud substantiæ proprium, quando  
necq; circulus alio círculo magis aut minus cir  
culus est. Videtur autem omnis substantia hoc  
aliquid significare, id quod in primis quidem  
substantiæ haud dubie ita se habet. In secundis  
uero non ita plane, nisi ob appellationis figu  
ram: ut cum quis dicit hominem, aut animal,  
is iam perinde ac quendā hominem, aut quod  
dam animal dixisse uideri potest. At qui id ita  
non est, Quapropter secunda substantia non  
hoc aliquid, sed potius quale quid significat.  
Maxime uero proprium substantiæ est, quod  
tamen una eademq; numero ipsa existit, secū  
dum sui tamen mutationem, contrariorum su  
sceptibilis est, ut quidam homo, qui licet unus  
idemq; numero maneat, ipse tamen nunc cali  
dus, nunc frigidus, nunc prauus, nunc studio  
sus existit, mutaturq; hoc pacto interim cōtra  
rijs inter se qualitatibus, id quod necq; orationi  
necq; opinioni cōuenire potest. Quippe quod  
neutra

## TRACTATUS II.

neutra earum ( quantum quidem in ipsa est )  
mutatur: & si aliquando uera, aliquando falsa  
iudicatur, quin potius res ipsa, de qua uel oras  
tio profertur, uel opinio habetur, mutatione  
sui admittit, patitur. Nam ut Aristoteles inquit,  
eatenus oratio aut uera, aut falsa est, quatenus  
res sese habet. Idem de opinione sentiendum est.

### DE QUANTITATE.

**Q**uantitas est, secundum quam in par-  
tes quipiam dividitur. Quantitatis au-  
tem alia continua est, alia uero discreta  
Continua quantitas ab Aristotele ea esse defit continua  
natur, cuius partes ad eundem terminum com-  
munem copulantur, ut linea ad punctum, ad  
lineam superficie, & ad superficiem demum  
ipsius corporis. Id quod de linea ostendisse sat  
fortassis fuerit, quantum praesens hoc institutus  
tum exigit. Itaque sit linea aliqua in duas partes  
per punctum in ea signatum, secta, animo tam  
men magis, quam re ipsa. Haec quia continua  
est, partes ipsas ad eundem illum punctum, nem  
pe terminum utriusque communem ( sitque e ) coher-  
entes habet & copulatas. Continua ergo qual-  
titas est, ut linea, ut superficies, ut corpus. Addi- censum  
tur his & tempus, cuius partes, quoniam suc-  
cessione solum continuantur, ad instans, quod  
& nunc dicitur, copulari habent: Et locus, sed locus  
improprius, quippe quod re magis quam ratione  
quantitas sit. Porro discreta qualitas est, cuius discreta  
partes ad nullum terminum communem cos-

C

## DE PRAEDICAMENTIS

pulantur, sed à se inuicem se iuncte sunt atq; dī  
scretę, vt numerus & oratio. Numeri quippe,  
vt exempli causa denarij, partes sunt, quinq;  
& quinq;, aut tria & septem, aut quomodoli-  
bet aliter idē diuidatur numerus, ipsæ nimirū  
quæcūq; eius numeri partes fuerint, inter sedis  
iunctæ sunt atq; separatae. Sic & in oratione  
partes, nēpe literæ & syllabæ, & item dictiōes,  
tū breuitate, longitudineue, tū ipsa prolatione  
separantur, quinetiā scriptura, vt per quā oculi  
cas facile discernant atq; distinguant.

## DE TRIBVS QVANTITATI- TIS PROPRIETATIBUS.

**C**AETERUM QUANTITATI NIHIL EST CONTRARIŪ,  
id quod in ijs quidem, quæ finita sunt  
nullam habet dubitationem, vt bicubito  
aut tricubito nihil est contrarium. In ijs ve-  
ro quæ sunt indefinita, videtur quidem alterū  
alteri cōtrarium esse, vt multū paucō, & mag-  
num paruo, verum horum nihil quātitas est,  
quemadmodū Aristoteles dicit, sed ad aliquid  
potius, quippe cum nihil sit, quod per se mag-  
num aut paruum, multū aut paucum dicatur,  
sed id aliorum euénit respectu. Quantitas præ-  
terea necq; magis necq; minus suscipit, vt bico-  
bitum non est alio bicubito magis aut minus  
bicubitum, necq; numerus alio numero magis  
aut minus numerus est. Maxime autē propriū  
quantitati est, vt secundū eam æquale quicq;  
dicatur aut inæquale. Ita secūdum numerum,

## TRACTATVS II.

exercitus vñus alteri æqualis dicitur, & secum  
dum magnitudinem lignum ligno, vt cum al-  
terum alteri respondet, aut secundum longitu-  
dinem, aut secundum latitudinem, aut secun-  
dum crassitatem, aut secundum has omnes men-  
siones simul. Quod quia suo constat ternario,  
perfecte quantum dicitur.

De ijs quæ ad aliquid dicuntur.

wgob 24  
**A**D aliquid vero talia dicuntur, quæcūq;  
hoc ipsum quod sunt, aliorū esse dicun-  
tur, vel quomodolibet aliter ad aliud,  
vt duplū hoc ipsum quod est, alterius dicitur,  
nempe dimidiij, itidē & scientia. Etenim vt du-  
plū dimidiij duplū est, ita scientia scibilis sciens-  
tia. Adiectum est autem, vel quolibet aliter ad  
aliud, vt intelligamus relatiōrū quædā esse,  
quæ casu aliquo, quædam quæ absq; casu, rese-  
rantur. Casu referuntur, quæ aliorū esse dicun-  
tur, absq; casu vero, quæ quomodolibet aliter  
ad aliud, vt cum dicitur, mons magnus ad mō-  
tem paruum, relatio quidem est magni ad par-  
uum, sed non quæ per casum facta sit, tametsi  
in ea casus accusatiūs sumptus est, quod ni-  
mirum ideo evenire Boetius ait, q; illius relati-  
onis vis, non in casu, sed in præpositione sola  
consistit. Per casus itaq; referuntur, cū aut per p m/n s v  
genitiōum referuntur, vt pater filij pater: Aut  
per datiuū, vt similis simili similis: Aut per ab-  
latiuū, vt maius minori maius. Sunt etiā quæ  
mutatis casibus referantur, vt scientia scibilis

C 7

## DE PRAEDICAMENTIS

*definitionis  
aristotelis*

Scientia, & scibile scientia scibile. Sunt itē quæ referantur nominibus eisdem, ut amicus amici amicus, & socius socij socius. Sunt quæ diuersi, ut alia fere omnia. Sciendum autem dicetam definitionem Platonis esse, non Aristotelis, id quod Boetius plane astruit, & proinde alia ab Aristotele ipso traditur, quæ huiusmodi est, & quidem propria: Ad aliquid sunt, qui bus hoc ipsum esse est ad aliud quoddammodo se habere. Sane hac definitione ea relativa describūtur, quæ in quadam comparatione & relationis habitudine considerantur solum, ut quaternarius, quod duplus est, non ex se habet, sed hoc ipsum ex medio trahit, ad quod refertur, nempe ex binario. Atq; è diuerso binarius, quod medius sit, ex eo tantum habet, qd ad quaternarium refertur. Relatiuorum igitur quæ propriæ dicuntur, siue eorū quæ sunt ad aliquid, hoc est esse, id est, hæc eorum natura est, ut ad aliud referantur, sine quo ne intelligi quidem possunt. Quo sit ut prior definitio maior sit q posterior, hoc est, communior, ut que omnia quæcunq; ad aliquid utcunq; dicuntur complectatur.

DE quinq; eorum quæ ad aliquid dicuntur proprietatibus.

**I**Nest autem & his que ad aliquid dicuntur, contrarietas. Nam uirtus uitio, & scientia ignorantiae contraria est. Atqui ut hoc ipsum nec proprium omnibus est, ita nec commune.

## TRACTATVS. II.

Videntur item & magis & minus suscipere.  
Simile namque alicubi quippiam dicitur, & ma-  
gis & minus. Verum ne hoc quidem omnib,  
aut proprium aut cōmune. Omnia porro que  
sunt ad aliquid, ad conuertentiam dicuntur, ut  
seruus domini seruus, & dominus servi domi-  
nus. Sed neque in his firma semper conuerten-  
tia est, nisi conuenienter id ad quod dicitur, as-  
signetur: ut si ala avis ala dicatur, non recte al-  
signatio facta est, & per hoc nec conuertitur,  
ut dicatur, avis alae avis, sed si ala alati ala dica-  
tur, iam conuertentia fiet hoc pacto, alatū ala  
alatum. Proinde recte Aristoteles nos monuit  
necessē esse aliquoties ut nomina fingantur.  
Videntur autem ea, que ad aliquid dicuntur,  
simul esse natura, id quod in pluribus quidem  
uerum est, ut simul sunt duplum & dimidium,  
dominus item & seruus. In aliquibus uero nō  
ita est, nam scibile quippiam est, cuius tamen  
scientia fortassis nondum habetur. Vnde & à  
nonnullis haud ab re relativorum talis assigna-  
tur distinctio, ut sint quædam que actu referā-  
tur, quædam que potestate solum. Maxime  
uero proprium est eorum que ad aliquid dis-  
cuntur, quod ex his uno definite cognito, co-  
gnoscitur eodem modo & reliquum: ut si quis  
definite sciat quippiam duplum esse, idem etiā  
definite scit id, cuius est duplum, nempe dimi-  
dium. Quemadmodum si quis scierit Anchis-  
sen Aeneæ esse patrem, is proculdubio iam

C iiij

## DE PRAEDICAMENTIS.

scit Aeneam Anchise filium esse.

### DE QVALITATE.

**Q**Valitas est, secundum quam quales es se dicimur, ut secundum musicam mu sici, & secundum albedinem albi. Por rò qualitatis species ab Aristotele quatuor as signātur. Ex his vna est, quæ habitus & dispo sitio siue affectio dicitur, sed ab habitu disposi tio differt, q̄ permanētior quidem habitus sit & diuturnior, dispositio vero facile mobilis & cito mutabilis. Et habitus quidem sunt, ut scientiæ & virtutes: dispositiones vero, ut ca lor & frigus, quæ tamen exempla magis ana logicos, q̄ reuera hoc loco ponuntur, tum & sanitas & ægritudo. Nempe secundum has di sponitur, afficiturq; quodāmodo homo, ves rum cito in contrariās mutatur qualitates, ut à sanitate in ægritudinem facilis est transitus, & rursus ab ægritudine in sanitatem. Nonnūq; vero euénit, ut earum aliqua temporis protra ctione in alicuius transeat nauram, ut nigritia ex solis ardore longo tempore contracta, & quæ hectica febris Gr̄eco vocabulo à medicis dicta ē, latino vero habitualis dici potest. V n de fit ut dispositio quasi quædam via sit ad ha bitum, & per hoc imperfecta qualitas. Habitus vero constans omnino atq; perfecta, & ve luti ipsius dispositionis terminus. Hinc & ha bitus definitur, qualitas difficulter mobilis ab eo in quo est. Rursus autem & habitus modo

## TRACTATVS. II.

quodam dispositiones dici possunt: dispositio-  
nes vero vt habitus dicantur, non est necesse.  
Alia autem qualitatis species est: quæ natura-  
lis potentia & impotentia dicitur secundū q̄  
quidem quispiam nō ex eo q̄ talis est, dicitur,  
sed q̄ talis esse potest, vt docilis puer, dicit, nō  
q̄ iam doctus sit, sed qui aptus est doceri: & fra-  
gile lignū, nō quod iam fractū sit, sed quia tale  
est vt frangi possit. Sic durū dicitur, quod na-  
turalē resistendi potentia habet, vt non facile  
secetur diuidaturq; cōtra molle, quod ad hoc  
naturalem habet impotētiā. Ad hunc quo-  
q; modū, & saltatores & pugiles dicimus alii  
quos, non q; in his artib; saltandi inquam et  
concertandi, periculum vñquam fecerint, sed  
quod ad eas insitam suapte natura potentiam  
habeant, habilitatemq;. Tertia vero species ea  
esse dicitur, que passio & passibilis qualitas no-  
minatur, & differt hæc ab illa, perinde atq; ha-  
bitus à dispositione, q; passibiles quidē qualis-  
tates perpetuo perdurant, vt in melle dulcedo  
& in glacie frigus: passiones aut ad tēpus ex-  
ortae facile commutantur, quare & qualita-  
tes vix dici merentur, vt in facie rubor ex  
verecundia subortus, et ex metu pallor. Quar-  
ta demum qualitatis species est, quæ dicitur fi-  
gura, & circa hoc aliquid constans forma,  
vt triangulum, quadratum, cubicum, & alia  
huiusmodi, quæ qualia omnino dicuntur, ab  
ipsa videlicet figura, hoc est, à linearum su-

## DE PRAEDICAMENTIS

perficerumq; deductione, si magnitudinis nomina sunt: uel à descriptione situq; numerorum, si multitudinis. Eadem insuper & ab ipsa forma qualia dici solent, utpote à concinna partium compositione. Haud secus in his quæ artificio constant, sese habet id, quod dictum est, ut in domo, nauि, statua, & alijs huiusmodi, quorum unumquodq; duplice qualitate affectum, ex iam dictis nemo non percipit: nempe tum figura, tum forma. Figura quidem, ut uerbi gratia, statua ab ipsorum lineamentorum deductione, qua hunc aut illum exprimit & representat. Forma uero à conuenienti illorum inter se consensu, quæ debita proportio rei dici solet, & commensuratio, à Græcis συμετρία appellata.

## DE COMMVNITATIBVS ET proprietatibus ipsius qualitatis.

**I**Nest autem & qualitatí contrarietas, ut iustitiae iniustitia contraria est, & albedo nigredini. Verum non in omnibus hoc ita habet. Nempe rubori & pallori, ceterisq; eiusmodi medijs coloribus nihil est contrarium. Alioquin plura contraria erunt. Tum & figuræ nihil contrarium est, ut exempli gratia, triangulo, quadrato, cubico, necnō & ipsi circulo. Suscipiunt autem & magis & minus, non adeo qualitates ipsæ, sed quæ ab his qualia denominative dicuntur, ut album magis & minus albus dicitur, uel scipso, uel altero quolibet al-

## TRACTATVS II.

bo. At uero ne hoc quidem figuris ipsis conuenit, suscipere inquam magis & minus. Nam quæcunque aut trianguli, aut quadrati, aut circuli definitionem suscipiunt, omnia peræque aut triangula, aut quadrata, aut circuli sunt. Sciendum uero, q[uod] tam hanc q[uod] illam, communitatem potius q[uod] proprietatem dixerimus, quædo ea quæ secundum utrancunq[ue] dicta sunt, nec solis, nec omnibus conueniant qualitatib. Maxime autem proprium qualitati est, ut secundum eam similia & dissimilia dicantur. Simile enim aut dissimile alterum alteri dicitur, non secundum aliud quippiam, q[uod] secundum id q[uod] quale est, siue à qualitate denominatur.

### DE CAETERIS SEX PRAEdicamentis breuis annotatio.

**D**E cursis haec tenus prioribus quatuor prædicamentis ex Aristotelis traditione, quæ certe consideratione aliqua egena uisa sunt etiam ipsi Aristoteli, quemadmodum id ipsum & Boetius aperte attestatnr, restant posteriora sex: de quibus priusquam ea prosequamur, præfari hoc pacto libuit, Aristotelem uidelicet, cum priora illa quatuor lastissime prosecutus esset, posteaq[ue] omnia numero decem, in principio sui tractatus ex ordine connumerasset, & per conuenientia exempla declarasset, hæc sex posteriora ne repetere quidem curasse, præterquam ex his duo tantum agere & pati, sed cursim admodum, atq[ue] id pros-

## DE PRAEDICAMENTIS.

fecto haud inconsulte, id quod et Iacobus St  
pulen. ingenuo contestatur, q̄ eorū scilicet vo  
cabula, p̄fertim vltimorū quatuor, trita prors  
sus et vulgaria sint, nullumq; proinde ad disci  
plinas momentum habeat, immo vero ciuilis  
bus atq; forensibus negotijs, necnon historia  
rum scriptoribus accommodatoria. Verum e  
nimvero Gilbertus cognomento Poreta  
nus, non contentus hoc Aristotelis siue consi  
lio, siue iudicio, librum de sex vltimis scriptū  
reliquit, alijs mirifice probatū, alijs propemo  
dum contemptū, vt quibus labor ille superua  
caneus planè iudicatus sit, cū si quid in illis ad  
disciplinas v̄sus esset, id Aristotelē nequaq; la  
tuisset. Nos igit, vt tēpori aliquid cōcedamus,  
vel potius ne ab institutis quorundā prorsus  
abhorrende videamur, inter Aristotelē ipsum  
et hunc Gilbertum mediā tenebimus viā, et in  
transcurso tñmmodo de his suscep̄tū prosequi  
mur tractatum.

## DE ACTIONE ET PASSIONE

et earum vtriusq; tam communitatis  
bus, quā proprietatibus.

Artio

passio

**F**accere siue agere dicitur quīspīā, cuius a  
ctio ab ipso in aliā quālibet rem veniens  
cōsideratur: Pati vero is, in quo actio illa  
cōsideratur, vt in quē venerat, vt cū secat q̄s  
piā, eius sectio in id qd secat, transit. Et cū qd  
percutitur, percutientis actio in eo recipitur,  
atq; eatenus ipsa percussio passio dicitur. Seca

## TRACTATVS. II.

re igitur et percutere, agere est: Secari vero et percuti, pati. Actio igitur est, secundum quam in id quod subjicitur, agere dicimur: Passio vero, illatio affectusque actionis. Recipit autem agere et pati contrarieratem, et magis et minus. Quippe calefacere contrarium est ei, quod ē frigefacere, et calefieri ei quod est frigesceri. Sic et calefacere et frigefacere, et calefieri item et frigesceri dicimus hoc vel illud magis aut minus.

### QVA RATIONE VOCABV<sup>E</sup>

la harum duarum categoriarum  
discerni possint.

Prisci.lib.

8. de uer-

**S**ane in his duobus prædicamentis specta borū signi  
re oportet, non ad figuram duntaxat ipsi ficationib.  
us dictionis, sed ad significata potius. Nā actiua in-  
sunt quedam, quæ et significato et figuratio quī spēs  
ne dictionis agendi vim habent, ut curare, do actionem  
cere, legere. Quædam figurentione tantum, semper  
non etiam significato: quippe quæ actiua pro significat:  
feruntur, significato tamen passiua sunt: cu<sup>t</sup> facit  
iusmodi verba seu voces sunt timere, moere, & videre, intelligere. Quædam contra signis ex se passi-  
ficato quidem actiua sunt, figurentione vero nū, excep-  
passiua, ut insidiari, proficisci.

tis duob.

### DE SITV SIVE POSITIONE

metuo, me

et eius speciebus.

tuor, time

**S**Itum esse Aristoteles ait denominatiue di-  
sci à positione. Quæ quidem licet ipsa sit o, time-  
alicuius eorum, quæ ad aliquid dicuntur, or. quin

*stare sedere  
recumbere.*

## DE PRAEDICAMENTIS

**O** ad sen quæ tamen ab ea denominatiue dicuntur, pro-  
fus perti- prium prædicamenti genus faciunt, ut à statio-  
nētia uer- ne, quæ relatio est quedam, stare denominati-  
ba si quis ue dicitur, quod quidem est situm esse, Vnde et  
altius cōsi quod positionem habet quoquo modo ad al-  
deret, i ac terum, putā ad partes corporis, uel sic uel sic se-  
tiuis uoci- habentis. Huius deinde tres species esse dicit,  
bus paſſio stare, sedere, recumbere, idest, iacere. Et stare  
nem, et in quidem est, erecto omnino corpore esse. Sedes  
paſſiuis a- re uero partim erecto, partim incuruo: Recū-  
tionē fa- bere uero, in totum esse corpore prostrato, qd  
cere iueni & tribus contingit modis: nempe aut prone,  
mus, ut cū aut supine, aut oblique. Forum autem quæ si-  
dico, ui- tū habent, hęc quidē secundū naturā sita sunt,  
deo te, au ut elemēta, in proprio et suo quodq̄ loco. Hęc  
dio te, tan Rursus eorū quæ sita sunt, hęc quidē sunt, quæ  
go te, ostē nunquā loco mouētur, ut terra, hęc uero quæ  
do me i ip nunc à motu quiescunt, ut cōclum.  
*so actu ali  
quid pati.*

## DE VBI, ET QVANDO, & habere.

**E** Odem prope modo, ut Boetio placet, &  
ubi lom̄ hi ubi & quando & habere, sese habent, ut  
erū tēpū quæ nec ipsa simpliciter intelligantur,  
quin potius ex alio naturam, id est, rationē tra-  
hant, id quod & Martianus Capella attestas-  
tur. Quo sit, ut nec ubi, nec quādo esse possint,  
nisi locus & tempus fuerint. Siquidem locum  
ubi, & tempus quando comitatur, Necq; uero

## TRACTATVS II.

differe. loci & temporis

idem est tempus & quando , nec locus & ubi<sup>aqñ et tpois</sup>  
 sed proposito prius loco , si qua res in eo loco  
 est posita, ubi esse dicatur. Rursus si res quæ  
 piam in tempore est , quando esse perhibetur,  
 ut natale Christi, cū sit certo in tempore, nem  
 pe VIII. Calen. Ianuarij, quando ipsum esse di  
 cimus. Vbi ergo & quando, hoc pacto à quis  
 busdam definiuntur : **Vbi** est quæ à loci circu  
 scriptione procedit corporis locatio: Quando  
 uero, quæ ex tempore relinquitur rerum affes  
 ctio. Habent autem & ubi, & quando , pro  
 prias diuersitates. Nam ubi aliquoties quidē  
 infinite dicitur , ut cum alicubi quempiam esse  
 dicimus: aliquoties uero definite, ut in foro, in  
 gymnasio. Sic & quando nunc definite , nunc  
 indefinite dicitur. Habent rursus & ubi & quā  
 do, secundum locorum & temporum diffe  
 rentias diuisionesq; species qualdam & diffe  
 rentias, Et locorū quidem differentiæ sunt, sur  
 sum, deorsum, ante, pone, dextrorsum, lxeuor  
 sum: Temporum uero, præsens , præteritum,  
 & futurum. Habere porro ( ut subinde Boe  
 tius ait ) est quiddam extrinsecus adueniens,  
 neq; innatum ei à quo habetur, imò aliud quā  
 est illud ipsum à quo habetur, in se, uel potius  
 circa se retinere, ut armatum esse, uel esse uesti  
 tum, & habere uestes atq; arma , quæ cum eo  
 qui habet nata non sunt, neq; aliqua commu  
 ni natura proprietate coniunguntur.

## DE OPPOSITIS.

## DE PRAEDICAMENTIS.

**C**onsequens est autem de ijs dicere, quæ  
(ut diximus) post prædicamenta à recē  
tioribus appellantur, & primum quidē  
de oppositīs, quoties scilicet opponantur. Op  
poni autē alterū alteri quadrupliciter dicitur:  
Nempe aut vt aliquid, aut vt cōtraria, aut vt  
habitus & priuatio, aut vt affirmatio & nega  
tio. Atq hæc omnia cōmuni quidem nomine  
opposita dicūtur, qd veluti ex aduerso sibi ob  
sistere, & cōtra stare videantur. Ad aliquid igi  
tur opponi dicunt, quæcunq; hoc ipsum qd  
sunt oppositorū dicuntur, vel quomodolibet  
aliter ad hæc, vt dimidiū opponitur duplo, &  
eiusdē dupli dimidium est, & paruū opponi  
tur magno, & ita vt ipsum paruū ad magnū,  
*opponi*  
*ad aliqd*  
*cōtraria*  
*vt habitus*  
*priuatio*  
*affirmatio*  
*negatio*  
cui opponitur, paruū sit. Contraria uero dicū  
tur, quæ ita sibi opponunt, vt eorum nō sint,  
quibus opponuntur, sed sunt sibi inuicē con  
traria, vt bonū, quod licet malo opponat, nō  
tamē mali bonū est, sed malo cōtrarium. Itidē  
& album, non nigri albū est, sed nigro contra  
riū. Habitus aut & priuatio dicunt, quæ & ip  
sa quidē opponuntur sibi, sed ita, vt circa idem  
aliquid necessario versentur, vt visus & cœci  
tas circa oculū, auditus & surditas circa aurē.  
Quartum demū oppositionū genus est, vt af  
firmatio & negatio: quo quidē genere oppo  
nuntur, quæcunq; inter se verum & falsum cō  
diuidunt, vt Socrates ambulat. Socrates non  
ambulat.

## TRACTATVS II.

DE OPPONENTORVM DEFIS Victorin,  
nitionib. & proprietatibus. in rhetori

**C**Aeterum hæc quonam pacto definitur, dicendū item breuiter. At vero quo niam de his, quæ ad aliquid seu relativa dicuntur, supra dictū est, cū de prædicamentis tractaremus, de reliquis tribus id tantum nūc agamus. Itaq; cōtraria definiuntur, quæ in eo dē genere posita plurimū à se distant, quæ eidē quit, susceptibili vicissim insunt, vnde & mutuo se modis expellunt, nīl quæ per naturam subiectis suis nisi insunt. Itaq; ex contrarijs si vñū fuerit, nō nez cesse est alterum esse. Contraria rursus eidem simul inesse est impossibile. Sed & contraria omnia circa idem aut genere aut specie versan tur, vt ægritudo & sanitas circa corpus, iustitia & iniustitia circa animam. Omnia insuper tū inter se contraria, vel in eodem genere sunt, vt album distat, aut & nigrum, vel in contrarijs generibus, vt iuſtitia & iniustitia, vel sunt ipsa contraria genera, vt virtus & vitium, bonum item & malū. Bono quippe malum ex necessitate contrarium est, malo autem aliquando quidem bonum, aliquando vero & malum. Porro quæ secundum habitum & priuationem opponuntur, ea esse definiuntur, quæ circa idem fieri na- cunta sunt, ordine irregressibili, & tempore per natu ram determinato. Et hæc quidem sunt quæ potentie priuatione talia dicuntur. Nam quæ talia sunt priuatione actus, hæc utiq; cir sunt.

## DE PRAEDICAMENTIS.

ca idē fieri possunt, ordine irregressibili, cuius  
modi sane sunt motus & quies, lux & tenebrae  
somnus & uigilia. Iam uero & quae secundum  
affirmationem & negationem opponuntur,  
ea ipsa definiuntur, quorum secundum se nul-  
lum datur medium, & quae in contradictione  
consistunt. Contradiccio porro dicta est quasi  
opposita dictio, id est, locutio. Huius nimis  
hoc præ caeteris proprium est, quod siue res  
sublistat, siue non sit omnino, in alterutra ta-  
men contradictionis parte uel ueritas, uel falsi-  
tas semper inuenitur, quod certe in alijs oppo-  
sitionibus minime euenit. Nam si quid omni-  
no non est, illud neq; ægrum, neq; sanum esse  
potest, tum neq; cæcum neq; uidens. Nec si  
non est omnino qui genuit, iam aut filius aut  
pater erit. Verumtamen siue fuerit quippiam,  
siue non fuerit contradicatio nihilominus con-  
stabit semper. Et uerum & falsum dicet, qui  
cunq; dixerit Socrates sanus est, uel Socrates  
sanus non est.

DE quinq; modis prioris.

*Primo* **P**rius autem alterum altero quinq; dici-  
tur modis: Primo quidem id quod secun-  
dum tempus altero prius est, ut quod ant-  
iquius altero est, aut uetusius & senius. Hinc  
Thebanorum bellum prius, id est, antiquius  
seu uetusius dicitur excidio Troiano, idcirco  
q; tempore præcesserit, & Pythagoram prios  
rem, id est, seniorem Socrate dicimus, & So-  
cratem

## TRACTATVS. II.

erat Aristotele. Secundo autem modo prius illud dicitur, à quo non conuertitur subsistendi consequentia, quo quidem modo unum duobus prius est. Nam duobus existentibus, unum iam esse consequens est, at non contra. Non enim si unum est, consequens continuo erit, ut sint duo. Atque hoc modo quod prius est, secundum naturam prius esse dicitur. Tercero vero modo prius esse dicitur, quod ordine quodam anteuertit, id quod in disciplinis et orationibus rhetoriciis, & alijs huiusmodi, ut in reip. administrationibus, facile est videre. In disciplinis quidem, ut exempli causa in Geometria, elementa figurarum delineationibus priora sunt, & principia ihs, quae ex illis demonstrantur, hoc est, ipsis conclusionibus. Elementa autem dico, punctum, lineam, superficiem. In rhetoriciis vero orationibus proemium. i. exordium narratio prius est, & in reip. administratis, consilium actione. Quarto deinde modo prius id dicitur, quod melius est & honorabilius, & praestantius, & dignius altero. Quo sane modo, sol luna prior est, & anima corpore. Sed ut ipse Aristoteles ait, alienissimus hic modus est significatio prioris. Siquidem isto modo (qd & Boetius approbare videtur) quicunq; dignitate & reverentia cæteris præcellunt, magis propriæ venerabiles & honorabiles dicuntur: ut vero priores dicantur, abusio potius est qd illa proprietas. Quinto demum, prius dicitur, rei substantia

## DE PRAEDICAMENTIS

alterum altero in ijs, quæ secundum subsistens  
di consequentiam conuertuntur, nempe illud,  
quod alterius quomodo libet causa est, & prin-  
cipium, ut veritas imagine, & lux ipso lumine  
sive splendore, & in oratiōibus prius quidem  
est rem ipsam subsistere, quam veritas constet  
propositionis, ut si verum est, hominem esse,  
vera iam ea est oratio quæ dicit, homo est. Ac  
rursus, si oratio vera est qua dicitur, homo est,  
verum iam quoq; est hominem esse: & tamen  
hominem esse, hoc est, eius rei subsistentia, cau-  
sa insuper est, cur propositio de homine vera  
habeatur. Itaq; rei subsistentia, veritate sermo-  
nis prior est.

## DE TRIBVS MODIS EO- rum quæ sunt simul.

*Si mūl r̄p̄*

*z. matyra si  
mūl*  
**S**imul autem dicuntur aliqua tribus modis  
Primo quidem & simpliciter, & propriè si-  
mul dicuntur, quorum generatio eodem  
sic tempore, ut gemini, qui ob id simul esse di-  
cuntur, q; vnius temporis ortu editi sunt. Se-  
cundo vero modo simul dicuntur, quæcunq;  
ad se inuicem conuertuntur, sed ita, ut alte-  
rum alteri subsistendi necq; causa sit necq; prin-  
cipium, ut duplum & dimidium. Etenim hæc  
ad se inuicem conuertuntur, quoniam si du-  
plum est, dimidium est: & si dimidium, & du-  
plum: & tamen neutrum alteri causa est, ut nec  
pater filio causa est ut sit, nec filius patri, qd ve-  
ro dico, huiusmodi est: Aeneas habuit Alcanis

## TRACTATVS II.

um filium, non tamē causa fuit ut filius esset,  
sed ut esset Ascanius. Sicut igitur filius dicitur  
quispiam, cū primum ei fuerit pater, ita & pas-  
ter iam dicitur, cum primū ei fuerit filius. *Tertio modo*  
*autem modo simul dicuntur, quæ ex eodem*  
genere ex aduerso diuiduntur à se inuicem, ut  
homo & æquus. Homo nanc; & æquus, quo-  
niam sub eodem genere ponuntur, nempe ani-  
mali, simul esse dicuntur. Eodem sane modo  
& de cæteris speciebus dicendum, quæ sub eo  
dem genere, vel hoc, vel alio ponuntur. Quo  
sit, ut omnes species eiusdem generis æquæ  
fibimet sint, & generi illi æqualiter supponan-  
tur. Porro aut & differentiæ, quæ genus aliqd  
condiuidunt, simul esse dicunt, ut rationale &  
irrationale. Sane sciendū qd quæcūq; secundo  
& tertio modo simul sunt, hęc natura simul di-  
cunt, primo vero modo simul dicunt tēpore.

### DE SEX SPECIEBUS MOTUS.

**M**otus vero species sex sunt, generatio,  
corruptio, augmentatio, diminutio, al-  
teratio, secundum locum mutatio. Et *motus species*  
generatio quidem motus est ad substantia-  
m, cui opponitur corruptio, motus proinde  
à substantia. Augmentatio vero motus ad qua-  
titatem, cui diminutio opponitur, motus vide  
licet quo acquisita iam antea, & paulatim aus-  
ta, quantitas fit minor, deperditurq;. Alteratio *augmentatio*  
est, qua aut qualitas acquiritur, aut depers-  
ditur acquisita. Secundum locū vero mutatio *alteratio*  
*secundum locum* *mutatio*

## DE PRAEDICAMENTIS

*Ruas*  
dicitur, quæ sit aut ad locum, aut circa locum,  
ad locum quidem, ut quæ secundum rectum  
sieri dicitur. Om̄ium autem horum motuum  
**ex aduerso quietem**, intelligimus, cum tamen  
In his speciebus motuum ipsi motus sibi inuis-  
cem contrarij sint, pr̄ter eum motum, qui cir-  
calocum fieri dictus est, ut est motus corporū  
coelestium, cui nullus motus contrarius est. Cæ-  
terum animaduertendum hoc loco est, haudz  
quaq; absonum esse quid dictum est, motum  
esse motui contrarium, & item quietē, quasi  
vero duo iam vni contraria esse dixerimus,  
nō vnu vni, ut in physicis Aristoteles docet.  
Quandoquidem id quod dictum est secundū  
aliud, & item aliud fieri intelligitur, quēadmo-  
dum Iohannes Damascenus in sua dialectica  
subtilissime annotauit. Nam eidem motui mo-  
tus quidem opponitur, ut habitus & forma, si-  
ue actus, quies vero ut finis & priuatio.

## DE OCTO HABENDI MODIS.

*Habere*  
**H**Abere quoq; multis modis dicitur, nā  
habere dicitur aut ut qualitatem aliquā  
ut scientiam vel virtutem: aut ut quan-  
titatem, magnitudinem, & hāc quidem, vel  
bicubitam, vel tricubitam, aut alias quantamz  
euncq;: aut ut ea quæ circa corpus sunt, ut ves-  
timentum, cuiusmodi subucula est, vel penus-  
la: aut ut in parte aliqua corporis, ut in digito  
anulum vel torquem in collo: aut ut partē  
temporaneum vel pedem, vel caput: aut ut

## TRACTATVS II.

in vase, quemadmodum modius dicitur habere tritieū, & lagenā vinum, & amphora aquā, ut sit habere pro continere: aut ut possessionē, quomodo dicitur aliquis domum habere, vel prædium: aut ut vxorem, quemadmodū vir uxore habere dicitur. Sed ut Aristoteles quoque ait, idque per iocum, ut videtur, alienissimus hic habendi modus est, siquidem nihil aliud est virum habere uxorem, quam eidem cohabitare. Ideo autem hunc habendi modum impro pri dictum putant multi docti, ac per hoc pessime respuunt, quod aiunt non haberī posse, quod habentem habeat, sed multo rectius dici, viro mulierem esse, & pari vice mulieri virum.

## IN TRACTATVM TER tium præfatio breuiuscule.



X P E D I T A V T  
cuncta à nobis in prioribus duobus libris sive tractatis bus ea parte dialecticæ, quæ clementariam vocant, ut potest quæ prædicabilia tan tum & prædicamenta, sim plices quidem voces complectatur, sequitur hinc tractatus tertius de propositione, quæ & ipsa huius artis pars quædam est, quippe quæ prima ex simplicibus illis & incomplexis voci bus, perfecta constituitur oratio. Atqui huc

D in

## DE PROPOSITIONE.

ius, quoniam nomen & verbum partes sunt,  
& haec ipsa per vocem definiuntur, à voce  
haud ab re huius tractatus exordium sumes  
re licebit.

QVID SIT VOX, TUM  
etiam quid sonus.

*Vox*  
*sonus*  
**V**ox igitur est, ut à nonnullis definitur Philosophis, ex ictu aeris elicita qualitas, auribus accidens. A recentioribus autem, & quidem magis conuenienter accōmodateq; ad hūc locum, hoc pacto definitur: Vox est sonus qui ab ore animalis proficiscitur, certis quibusdam naturæ instrumentis formatus. Sonus item ab eisdem quoque definitur, quicquid proprie & per se auditu percipitur. Itaq; vox sonus est, non quilibet, sed qui (vt dicitur est) ab ore animalis proficiscitur, formaturq; interim certis quibusdam naturæ instrumentis, quæ quidem sunt, guttur, lingua, palatum, primores quatuor dentes, & labia duo, quibus à quibusdam additur & pulmo, nam per guttur vocalis arteria intelligitur, quæ & spiritalis fistula appellatur. Ex quo iam liquido patet, qd; nec manuum ad se inuicem, complosus, nec pedum strepit us, aut fragor arborum, & in nubibus tonitus, voces vlo modo dici debent. Quin & ob eandē fortassis causam, neq; tussis neque excreatio, & si quid huiusmodi est, voces proprie dici possunt, lices de animantis ore prodeant.

## TRACTATVS. III.

## DE VOCIS DIVISIONE.

**V**OCUM autem alia quidem significatiua est, alia vero non significatiua. Porro significatiua vox ea dicitur, quae per auditum alia duntaxat aliquid intellectui representat. Non significatiua autem, quae nihil omnino significat, ut quae neque naturaliter, neque secundum placitum apud intellectum quicquam constituit, ut literae propemodum, & syllabae. Itaque bifariam vox significare dicitur, cum naturaliter, cum secundum placitum. Naturaliter quidem vox significare dicitur, quae naturalem duntaxat affectum animi monstrat, ut est dolor, aut gaudium. Cuiusmodi sane voces sunt gemitus egroriantium, & lugentium ciuitatus, insolentum item cachinus, & risus indecens, tum brutorum cuiuscum animalium vox propria. Secundum placitum, autem quaecumque ex impositione, rem aliquam designat, ut sua vniuersitatis gentis lingua, siue loquela, qua quis vtritur, quoties alteri indicare voleret, quicquid animo conceperit. Hec rursus dividitur: Alia namque tempus secum ad significationem trahit, ut ambulo: alia praeter tempus significat, ut homo. Cæterum hec nomen, illa vero verbum apud dialecticos appellatur: ex quorum vtriusque debita complexione vox constituitur, quae oratio dicitur, vox proinde complexa, ut tam nomen quam verbum vox incomplexa. At de nomine quidem primum hinc dicamus oportet.

D iii

## DE PROPOSITIONE DE NOMINE.

*definitionis*  
*explanatio*

*sine tempore*

*casus verbi*

*nominis casus*

**N**omen itaq; vox est significativa, secundum placitum sine tempore, cuius nulla pars significativa est separata, finitum aliquid designans, & casus recti. Sane in hac definitione vox generis locum obtinet, ut propter pluribus communis. Significativa deinde adiectum est, nam sunt & voces quae nihil significant, Rursus secundum placitum, qd sint voces, quae naturaliter tantum significant. Sine tempore autem, quoniam verba quoq; voces sunt significativa secundum placitum, sed distant a nominibus, qd nomina quidem sine tempore, verba autem cum tempore significant. Adiectum præterea est, cuius nulla pars significativa est separata, propter orationem. Si quidem huius partes utiq; & separatae significat, ut mox dicetur. Postremo autem appositæ sunt particulæ duæ, una quidem, nempe finitum aliquid designans, propter nomina infinita: Altera vero quae quidem est, & recti casus, propter nominum obliquos casus. Qui quoniam cum, E S T, verbo copulati, plenam absolutam qd sententiam explicare non possunt, non nominis, sed casus nominum iure nuncupantur, ut non recte dixeris demonstrato quopiam, Catonis est, Catoni est, aut Catonem est, sed Cato est,

## DE VERBO.

## TRACTATVS III.

de finibus et causis  
verbi dicitur

**V**erbum autem est vox significativa secundum placitum cum tempore, cuius nulla pars significativa est separata, finitum aliquid designans, & casus recti. Quemque qui dem verbi definitio, praeter particulam Cum tempore, omnia cum nomine habet communia. Siquidem id verbi proprium est, significare inquam cum tempore. Ergo quod & partis cipium cum tempore significat, hoc a uerbo habet unde deducitur. Nec vero mouebit quempiam, quod ex nominibus quidem ipsis, quædam etiam tempus significant, ut annus, mensis, dies. Attamen nullum eorum tempus consignificat, quemadmodum Atistoteles ait. Cæterum ut nomina finita sunt ac infinita, ita ex verbis quoque, alia finita sunt, alia infinita, ut ambulo, dispergo: infinita vero, ut non ambulo, non dispergo. Rursus & de casibus verborum haud secus ac de casibus nominum casus dicuntur, qui ab ipso recto flectuntur, ita casus verborum appellari possunt, qui a temporis praesentis & modi indicatiui significatis one diuariant. Verbum igitur secundum dialecticos id solum esse dicitur, quod temporis praesentis est, & modi indicatiui.

**VTRVM NOMEN ET VER-**  
bum apud dialecticos solae pars  
res orationis sint.

E v

## DE PROPOSITIONE.

**E**xposita eatenus tam nominis, quā vers  
biratione, quatenus idipsum dialectico-  
rum usus postulat, occurrit non temere  
quæstio illa, hoc in loco nunc etiam confide-  
randa, quę à plerisq; proponi solet: Vtrum sci-  
licet nomen atque verbum solae apud dialecti-  
cos orationis partes sint, cum tamen ab ipsis  
Prisci.lib. grammaticis octo huiusmodi constituantur  
11. de par partes? Sane huius quæstionis nodum. D. Se-  
uerinus Boetius, vir profecto tantus in latina  
ticipio. Philosophia, quantus inter ipsos Latinos in ar-  
Quibus te oratoria M. Cicero, his verbis ita dissoluit  
dā, inquit brenuissime: Grammatici enim (inquit) figuræ  
phis placu tantummodo vocum considerantes, octo pro-  
it nomine et inde orationis partes connumerant, Philoso-  
verbū so- phī autem atq; dialectici, quoniam omnis eos  
las esse rum intentio circa veritatem falsitatemq; lo-  
partes o- cutionis versatur, atque ea ex nomine verbo  
ratiois, cæ que plenissime constat, duas tantum orationis  
teria uero parts admittunt, easq; nomen & verbum es-  
se docuerunt. Cætera vero, non partes, sed os-  
adminicu- rationis supplementa, & velutī colligamenta  
la uel iun quædam appellat, quemadmodum in quadri-  
cturas ea- gis frēna & lora, &c in nauib. tabulæ & trabes,  
rum, quo Nunc ad orationem transeamus.

## DE ORATIONE.

**O**ratio est vox significativa secundum  
partes sūt placitum, cuius partes extra aliquid fig-  
tabule & nificant & separatae. Ad hunc sane mo-  
trabes. dum à dialecticis oratio definitur. Cuius qui-

Oro

### TRACTATVS III.

dem definitionis intellectum facile est ex superioribus colligere, nam quod oratio ipsa vox est, quod significativa vox, quodque ita significativa secundum placitum, id cum nomine atque verso commune habet. Cuius enim partes secundum placitum significant, ipsum quoque secundum placitum significatiuum est. Differt autem <sup>Differetia</sup> ab utroque, quoniam nominis quidem & versu <sup>nominis et orationis</sup> bi partes separatae nihil significant, ac ne in compositis quidem, ut & Aristoteli placet, quamuis id tamen videri velint ob dictionis figuram, sed tali vocis siue dictioni res ipsa res pugnat, nepe suapte natura simplex & una: ut animalis nomen, quod Græcis tragelaphus dicitur, Latinis vero hircoceruuus dici potest, ab hirci ceruicis similitudine. Nam cum cerui species habeat, autore Plinio, ab eo tamen barba & armorum villo distat solum, in quo cum hirco quadamtenus conuenit, unde et nomen ei est ex utroque compositum. At vero orationis partes multo aliter se se habent. Quippe que & extra ipsam significare possunt, ut verbi causa, huius orationis, Plato disputat, tam nostrum ipsum, quod quidem Plato est, quod verbum disputat, partes numerum scorsum utique & separatum, omnino aliquid significant.

### DE DIVISIONE ORATIONIS

**D**ividitur autem oratio: alia <sup>finita</sup> perfecta est, alia imperfecta. Perfecta quidem <sup>fecta oratio</sup> oratio ea esse dicitur, quae ex nomine

## DE PROPOSITIONE.

verbis constructa, perfectam sententiam in animo audientis relinquit, ut Plato disputat. Quisquis enim eam audit, statim quietus est, ac iam intelligit quid sit hac ipsa uoce prolatum.

*Imperfetta oratio  
in verbis hoc est*  
Imperfecta vero, quae plenam sententiam non facit, tametsi nonnunquam ex verbo constat, unde orationis perfectio potissimum habetur. Quippe quod ut in nominibus materia, ita in verbis sermonis vis intelligatur, autore Quintiliano. Imperfecta igitur oratio est, quoties sine verbo profertur, aliquoties autem & cum verbo ipso. Sine verbo quidem, ut Aeneis Vergili, cum verbo autem, ut quisquis ambulat. Vtracum nimirum imperfecta oratio est, perficitur autem verbo utrobius adiecto. Haec quidem, si addas verbum mouetur, ut sit, Quisquis ambulat, mouetur: illa vero, si addatur verbum legitur, ut si dicas, Aeneis Vergili legitur. Atque hunc in modum omnis imperfecta oratio perfici potest, qualis profecto ea esse debet oratio, quae ab Aristotele quidem ipso, facile hucus artis principe, enuntiatio, à Cicerone vero (quem Plinius lucem doctrinarum appellat) propositio dicta est, qua etiam appellatione communis dialecticorum schola nunc passim usit.

## DE DIVISIONE ORATIONIS

perfectæ.

*grossa effra  
dimis*  
**O**RATIONUM perfectarum alia deprecata suntia est, ut Iuppiter omnipotens, precibus si flesteris ullis, Da deinde auxilium

### TRACTATVS III.

pater, atq; hæc omnia firma. Alia imperatiua,  
vt Vade age nate, uoca zephyros, & labere  
pennis: alia interrogatiua, vt Dic mihi Damœ  
ta, cuium pecus, an Melibæi: alia vocatiua, vt  
Huc ades ò Melibœe: alia enunciatiua, vt prin  
cipio arboribus varia est natura creandis. Præ  
ter has autem quinç perfectæ orationis speci  
es, sunt qui duas alias addant, népe Optatiuā  
& Subiunctiuā, Optatiuā, vt O mihi pteritos  
referat si Iuppiter annos. Subiunctiuā, vt Si  
factura gregē suppleuerit, aureus esto. Verū es  
nim uero huiuscemōi orationū sive quinç, si  
ue septē, species cōstituas, ea tñ sola que enī  
ciatiua dicit, propositio est, quippe que uel es  
se aliquid, vel non esse designet, & in qua aut  
veritas, aut falsitas inteniatur. Reliquæ vero  
poetis atq; oratoribus ad affectus vārios mo  
uendos magis accōmodatae videntur.

D E P R O P O S I T I O N E, E I V S <sup>Propositionis</sup> <sub>Prima domi:</sub>

q; secundum substantiam diuisione, tum  
quid subiectum, & quid prædicatū.  
**P**ropositio est oratio verum vel falso <sup>Propositionis</sup>  
significans. Eius vero prima, & quidem  
secundum substantiam diuisio hæc est:  
Propositionum alia categorica est, alia hypos <sup>Propositionis</sup> <sub>Subst.</sub>  
thetica. At de hypothetica qdē alias: interim  
de categorica (vt cœpimus) psequamur. Hæc <sup>Catgo: pred:</sup>  
autem est, que duobus terminis perficitur, sub  
iecto scilicet & prædicato, vt Aristoteles dos  
cet. Sunt qui præter duos dictos terminos,

## DE PROPOSITIONE.

tertiam his veluti partem adiiciant, nempe copulam (quam vocant) verbalem. Et proinde propositionē huiusmodi hoc pacto illi definisunt: *Propositio categorica est, quae habet subiectum, prædicatum, & copulam principales partes sui, ut huius propositionis, Aristoteles docet, subiectus quidem terminus est Aristoteles, prædicatus vero verbum docet, & quod alterū cum altero coniungit, copula (ut dictū est) à recentioribus vocatur. Quem iudicem deinde per resolutionem verbī adiectivi, si quod in huiusmodi propositionē prædicatur, ut eius verbi docet, prodi ac patere aiunt, si ita ipsam propositionē protuleris, Aristoteles est docēs.* Huius quippe propositionis Aristoteles subiectum est, docens prædicatū, est vero verbum copula. Quasi vero hoc totum est docens, nō multo rectius prædicatum diceretur. Subiectū porro id esse dicitur, de quo aliquid prædicatur. Prædicatum vero, quod dicitur de subiecto. Cæterum quae categorica dicta est propositione voce Græcanica, latina à prædicando prædicatiua, seu prædictoria dici potest, quando eadem utrobiq; significatio est, quippe quod Latinis prædico, hoc Græcis est κατηγορίων, quod verbum, & si alias accuso significat Græcis hominibus, apud Philosophos tamen pro prædico accipit. Vnde & κατηγορίαι prædicamenta dicuntur, de quibus tractatu superiori transfigimus.

*Subiecto  
prædicato**κατηγορίων  
scilicet prædictio*

### TRACTATVS III.

VTRVM NON NISI EX NO  
mine & verbo perfecta consistat oratio,  
an ex solo etiam verbo consistere  
aliquando possit.

**S**ed & hoc loco quæstio suboritur non in  
cōmode: Vtrum haud vñq̄ aliter quā ex  
nomine et verbo plena et perfecta oratio,  
cuiusmodi propositio est: constare queat, an  
ex solo etiam verbo aliquādo: Huic sane quæ  
stioni ita Martianus Capella occurrit: Quoties <sup>solutio</sup>  
~~es~~ (inquit) verbum primæ vel secundæ perso  
næ fuerit, quia per ipsum iam aliquid significa  
tur, quod vel negari vel affirmari possit, simul  
& in hominem tantum cadat, & hunc quidem  
certum, vt iōq̄ ex solo ad hūc modum verbo,  
perfecta oratio & propositio haberipoteat, vt  
disputo, aut disputas, quippe vt in horum alte  
ro, quod quidem primæ personæ est, subaudiſ  
tur protinus pronomen Ego, ac per hoc ples  
num per se est, atque veritati aut falsitati æque  
obnoxium, ita in altero, quod est personæ se  
cundæ, facile intelligitur Tu pronomen. Vn  
de tātundem pene valet cum dicitur, disputo,  
vel disputas, quantum si dixeris, ego disputo,  
vel tu disputas, hoc excepto, quod quoties iſ  
stiusmodi pronominum expressio fit, toties  
vel emphasis notaſ, vel discretio aliqua intel  
ligitur. Tertia vero verbi persona, quia non  
hominis tantum est, sed aliarum etiam rerum,  
& simul ac dicta fuerit, nō continuo intelligit,

## DE PROPOSITIONE

de quo dicatur, ita ut aut affirmari, aut negari possit, idcirco neque veritati neque falsitati obnoxia est, quare nec propositio ex ea sola constare vincere potest, nisi forte de eo dicatur, de quo solo intelligi potest id quod dicitur, ut cum dicimus, Pluit, aut Ningit, hoc quod dicitur, pluit aut ningit, utrumque aut verum esse potest, aut falsum, & per hoc negari aut affirmari, licet nihil addamus, quia notum est qui pluat aut ningat, nempe deus, aut natura. Cum vero dicimus, disputat, aut legit, aut loquitur, in nullo horum certum aliquid intelligitur, Quapropter nec verum nec falsum dici potest, quis etiam de homine intelligi possit quod dicitur, disputat, aut legit, aut loquitur: quia tam non de uno certo aliquo dici potest, idcirco subderidum est nomen alicuius hominis, ut plenum sit quod dicitur. Prima igitur & secunda verbi persona, quia de homine tantum, etiam certo intelliguntur, idcirco solae dictae possunt aut verum aut falsum significare. Tertia vero persona uerbi, ut nec de solo intelligitur homine, ita nec sola dici potest, ac per hoc nec ex sola, nisi admodum rareiter (ut dictum est) propositio constitui potest.

VTRVM QVOTIES EX NOMINE & VERBO PROPOSITIO CONSTITUITUR, IPSUM NOMEN NON ALTERIUS  
Q<sup>U</sup>RECTI CASUS ESSE POSSIT.

Rursus

Epilogo

### TRACTATVS III.

**R**ursus & alia nūc quæstio emergit præcedenti haud multum absimilis, quæ huiusmodi est: Vtrum nomen ex quo cū verbo propositio cōficitur solum recti casus esse debeat, an alterius cuiuslibet obliqui casus esse possit. Huic quoqe dubitationi idem Marianus subtiliter obueniens, ad hunc modum respōdit breuissime: Vbi vero verba (inquit) illa sunt, quæ impersonalia dicuntur, non iam ex recto casu sententia impletur, fitqe proposi<sup>3. et 4. homines, sapientia</sup>tio, sed alios casus recipit, vt disputatur cum dicitur, vt est impersonale verbū, plena omni sententia est, si ablatiū adiungas, et per hoc affirmari aut negari potest, vt est, à Cicerone disputatur, à Cicerone nō disputatur. Et pœnitet cum dicitur, plena quoqe sententia est, si accusatiuum iungas, vt est, Ciceronem pœnitet, atqe de alijs quoqe impersonalibus versbis, quæ vel cum eisdem, vel cum alijs construuntur casibus, ad hunc modum dicendum est. Vt igitur quoties personale verbū est, ex quo cum nomine propositio constituitur, ipsum nomen recti casus esse oportet, ita non minus necesse est, quoties verbum impersonale fuerit, vt sit nomen casus obliqui, natura verbī id ita exigente. Sed iam ad institutum reuertar, & quonam modo propositio secundum qualitatem diuidatur, deinceps dicamus.

D E diuisione propositionis secundum qualitatem,

B

*qua deīnsio*

## DE PROPOSITIONE

**P**ropositionum itaq; categoricarūm, aliē quidem qualitate, aliæ vero quantitate differentes inueniuntur. Porro secundū qualitatem differunt, quorum altera affirmatiua est, altera negatiua. Affirmatiua quidem ppositio ē, in qua aliquid de aliquo prædicatiōe enuntiatur, vel in qua prædicatum affirmatur de subiecto, ut Plato Philosophus est. Negatiua vero, in qua aliquid ab aliquo prædicatiōne sciungitur, vel in qua prædicatum negat de subiecto, ut Plato Philosophus nō est. Hic nanc; de Platone negatur philosophus, ut prædicatum de subiecto, apposito ad verbum substantium( quæ vtq; potior pars prædicatiōis est) negandi aduerbio, cuius quidem hęc vīs es se perhibet, ut quicquid post se inuenit, tollat prorsus, & eius oppositum reponat.

*qua deīnsio* De diuīsione propositionis categoricā secundum quantitatēm.

**A**T vero secundum quantitatēm differētiā huiusmodi propositionum hoc modo sumuntur, q; aliæ quidem sunt vniuersales, aliæ particulares, aliæ iridefinitæ, aliæ vero singulares. Sed harum vniuersaliumque vim propria descriptione hinc iā explicemus oportet. Vniversalis igitur propositio est, quemcum affirmando, tum negando vniuersaliter proponit, vel in qua subiectū terminus communis signi vniuersali determinatus, ut omnis homo sapiens est, nullus homo sapiēs est. Pars

## TRACTATVS III.

particularis vero, quæ siue affirmet, siue negat, particulariter tantum proponit, quam & alij ita describunt: Particularis propositio est, in qua subiectur terminus communis signo particulari determinatus, ut quidam homo sapiens est, quidam homo sapiens non est. Indefinita vero est, quæ abscq; vniuersalitatis particularis nota, tam affirmando, q; negando profertur. Vel cuius subiectus terminus abscq; vllō signo sumitur, vt homo sapiēs est, homo sapiens non est. Singularis porro propositio ē singularis in qua de individuo & singulari quicq; prædictatur, idq; tum affirmatiue, tū negatiue, vt Socrates ambulat. Eandem autem nonnulli hoc pacto describunt: Propositio singularis est, in qua subiectis terminus singularis, aut certe cōmunitatis, qui tamen singulariter teneatur accipitur, vt Socrates, vel hic hō sapiens est.

De tribus signis quæstiuis, quibus de unaquaque propositione quæ rere contingat.

**C**um igitur tres sint propositionum differentię, ut dictum est, quæ quidem sumuntur aut secundum substantiā, aut secundum qualitatē, aut secundum quantitatē, tria quoq; par est quæstiua signa accommodari quibus apta eliciatur responsio ab eo, qui de illis interrogatus fuerit. Itaq; interrogatus quispiam quæ sit hec aut illa propositio, apte conuenienterque respondebit: quod sit categorica

## DE PROPOSITIONE

vel hypothetica. Si vero idem deinde interro-  
gatus fuerit, qualis sit, tum quoq; apte respon-  
debit, quod sit affirmativa vel negativa. Rur-  
sus autem si interrogetur quanta sit, recte ni-  
mirum & hæc interrogati responsio quadra-  
bit, si dixerit, aut vniuersalis, aut particularis,  
aut indefinita, aut singularis. atq; hæc quidem  
quanc; fortassis non tanti habentur, vt nego-  
tium facessere debeant, eo tamen pertinere vi-  
dentur, vt exercitati istis interrogatiunculis  
nouitij huius artis, vel vti tyrones, assuescant  
paulatim propositionū differentias internas  
scere, quod utiq; momenti non nihil habet ad  
ea, quæ deinceps sequunt̄, planius percipiēda.

## QV AE PROPOSITIONES ET

suis terminis conueniant & quæ non.

**H**actenus de propositione quæ categori-  
ca dicitur, eiusc; partibus atq; differen-  
tias quibusdam, restat vt quibus ipsa sit  
prædicta affectionibus, quas passiones iunio-  
res vocant, ostendamus, idq; hac præmissa di-  
visione: Propositionum aliæ sunt, quæ nulla  
terminorum participatione conueniunt, aliæ  
sunt quæ conueniunt quidem, at nō ex æquo:  
*de q̄s, quæ*  
*participantur*  
*terminis;*  
Nempe ex ijs, aliæ utroq; termino participiāt  
vt Plato Philosophus est, Plato Philosophus  
nō est. Alię vero altero tm, quod nimirū trib.  
modis fieri cōstat, quippe cū vel cōmuniſ ille  
terminus in vna propositionū subiicit, & præ-  
dicatur in altera, vel prædicatur in vtrac; vd

### TRACTATVS III.

In utrach<sup>s</sup> subiicitur. Communem autem termīnum hic nunc voco, non eum qui de plurimis  
bus prēdicari possit, sed qui in singulis hoc patētūm  
etio participantibus, propositionibus reperias  
ut uerum enim uero de his propositionibus, quæ nō stampa*alio in loco habet*,  
quæ altero termino, vel neutro participant,  
nihil ad præsens, cum de ijs solum hoc loco agatur propositionibus, quæ utroq<sup>s</sup> termino  
conueniunt, id quod duobus fit modis, aut e*nīm* ordine, aut per ordinis commutationem.  
Eodem quidem ordine participant suis terminis, quæ de eodem subiecto idem pronuntiat  
prædicatum. Per ordinis vero commutatio*nē*, quoties qui in una subiectus est terminus,  
in altera sit terminus prædicatus, ut omne ius  
stum est bonum, & quoddam bonum est ius  
stum. Cæterum ut ex ordinis quidem com  
mutatione conuersio propositionum colligi*rum se proposito.*  
tur, de qua non multo post dicetur, ita ex cons  
stantia ordinis propositionum sumitur oppo*positio.*  
sitio, de qua primum hic nunc dicamus.

### DE OPPOSITIONE PROPO

sitionum categoricarum, & quid sit.

**P**ropositionū igit̄ categoricarū utroq<sup>s</sup>  
termino eodem ordine participantium,  
aliæ quidem contrariæ sunt, aliæ subcon  
trariæ, aliæ contradictroriar<sup>e</sup>, aliæ vero subalter  
næ. Contrariæ sunt duæ propositiones unis  
uersales, alia quidem affirmatiua, alia vero ne  
*de oppositione.*

E iij

## DE PROPOSITIONE

gatiua, eiusdem subiecti pariter & prædicati,

*Subcontrariae* est: Subcontrariae vero propositiones duæ particulares, altera quidem affirmatiua, altera vero negatiua, eiusdem subiecti pariter & prædicati, ut quidam homo iustus est, quidam ho-

*Contradictoriae* autem propositiones duæ, vniuersalis & particularis, vniuersalis quidem affirmatiua, particularis vero negatiua, vel vniuersalis quidem negatiua, particularis vero affirmatiua, eiusdem subiecti pariter & prædicati, ut omnis homo iustus est, quidam homo iustus nō est: vel nullus homo iustus est, quidam homo iustus est.

*Subalternae* porro sunt propositiones duæ, ambæ quidem aut affirmatiuae, aut negatiuae: sed ex his altera quidem vniuersalis est, altera vero particularis, eiusdem subiecti pariter & prædicati, ut omnis homo iustus est, quidam homo iustus est: vel, nullus homo iustus est, quidam homo iustus non est.

*Opposita* igitur est, ut ex prædictis patet, duarum propositionum categoriarum repugnancia quædam, vel qualitate tantum, vel quantitate tantum, vel qualitate simul & quantitate. Toties enim sibi inservient aduersantur dictæ categoricæ propositiones. Quarum quidem oppositio ut veluti osculis exposita habeatur, figuram ex quatuor angulis constitutā, subiçere non grauabor;

### TRACTATVS. III.

Omnis hō  
iustus est

Contrariæ

Nullus hō  
iustus est

Subalterna

Contra

Goutta

Subalterna

dictione

distorie

Quidā hō  
iustus est

Subcontrariæ

Quidā hō iu  
stus non est.

DE triplici propositionum materia.

**S**ed priusq; harum inter se oppositarū propositiōnū leges (quas vocant) exponamus, cōmonēdus interim probus lector est, ipsius videlicet propositionis triplicem esse materiam: naturalem, contingentem, & remotam. Voco autem materiam propositionum hoc loco, earum utrumque terminum, subiectum, inquit, & prædicatum. Quidam vero definiunt habitudinem, quæ est prædicati ad subiectum. Naturalem igitur materiam esse discunt, quoties prædicatum est de essentia subiecti, aut certe proprium eius, ut homo est animal, homo est risibilis. Contingentem vero,

E iiiij

*Contraages*

## DE PROPOSITIONE.

*Remota*

quoties prædicatū subiecto aut adesse, aut abesse potest præter subiecti corruptionem, ut Socrates ambulat. Remotam autem, quando prædicatum ipsi subiecto nullo modo conuenire potest, ut homo est lapis. Itaq; sciendum q; iuxta primā quidē habitudinē necessariæ ppositiones dicunt, quarū ut affirmatiōes semper veræ sunt, ita negationes perpetuo falsæ. Iuxta secundā aut̄, contingentes seu accidentariæ, quarum proinde tam affirmationes, quā negationes, incertæ sunt tum veritatis tum falsitatis, nisi suppositione facta, aut quod prædicitur, accidens sit inseparabile. Iuxta tertiam vero, impossibiles, quarum ut affirmationes quidē falsæ semp, ita negatiōes semper veræ.

## DE LEGIBVS OPPOSITA-

rum inter se propositionum.

*L. oppositariorum  
differentiarum*

**E**rgo ut id, quod hoc loco instituimus commodius fieri possit, operæ pretium fuerit hasce leges per certas quasdam regulas digerere atq; distribuere. Itaq; cum quatuor sint inter se oppositarum propositionū differentiæ, consentaneum erit, quatuor quoq; regulas de ipsis constituere, ut vnicuiq; differentiæ sua respondeat regula. Prima igitur regula erit de lege & natura contrariarum, secunda de lege & natura subcontrariarū, tercia de lege & natura contradictoriarum, quarta vero atq; ultima de lege & natura subalternarum. Sed & illud obiter occurrit admonen-

### TRACTATVS III.

dum, non esse harum regularum ullam exactam demonstrationem exigendam, ut nec in sequentibus usquam, vbi cinq*ue* regulæ propositæ fuerint, quippe q*uod* id supra vires prorsus caputumq*e* esset eorum, qui primis adhuc huius disciplinæ rudimentis imbuendi sunt atq*e* formandi. Satis autem fuerit, si idoneis tantum exemplis vtcinq*ue* declarerentur. Quod profecto si vbiq*e* obseruetur, non paruum ex eo (ni falsi) sentient profectum tum auditores, tum etiam lectores, non modo ad eruditionem ipsam, verum etiam ad sermonis facultatem: tū & reueabuntur interim et hi qui docēt artem, & qui ea docentur.

Sequuntur regulæ.

#### PRIMA REGVLÀ DE LEGE prīa regula oppositariorum

& natura contrariarum.

**S**I duarum contrariarum una vera est, relata de contrariis *conuertitur* minime, nam possunt duæ huiusmodi propositiones similiter esse falsæ, vt in materia contingentí, proinde si hæc est vera, omnis homo iustus est, falsa erit ea quæ proponit, nullus homo iustus est. Sed illud, vt dicendum est, non conuertitur. Non enim si falsa est, quæ dicit, omnis homo iustus est, vera iam erit de necessitate ea, quæ dicit, nullus homo iustus est. Fieri nanc*ere* potest, vt utracq*e* sit falsa. Esto igitur disciplinæ gratia, vt aliquis homo sedeat, tunc falsa erit hæc quæ dicit, nullus hoconuertitur.

## DE PROPOSITIONE

mo sedet, Esto rursus ut per idem tempus alio  
quis homo non sedeat, tunc haec quoque falsa  
erit, quae dicit, omnis homo sedet. Hac itaque co-  
cessa Hypothesi, falsa erit haec, omnis homo se-  
det, falsa itidem ea, quae dicit, nullus homo se-  
det. Et sunt haec quidem per definitionem inter-  
se contrariae, quapropter contrarias propositiones aliquando quidem falsas simul esse nihil  
phibet, esse aut simul veras est impossibile.

## SECVNDA REGVLA DE LEX, ge & natura subcontrariarum.

za regula

De

Subcontrariis

**S**i duarum subcontrariarum una falsa est,  
reliquam veram esse necesse est. Verum nec  
id unquam recurrit. Quandoquidem duae  
subcontrariae simul veræ esse possunt, ut in ma-  
teria contingentia. Quo circa si hec falsa est, qui-  
dam homo est iustus, vera protinus erit ea,  
quae dicit, quidam homo non est iustus. Atque  
qui id (ut dictum est) non recurrit. Nam non  
oportet, si vera est quae dicit, quidam homo  
est iustus, falsam continuo eam esse, quae dicit,  
quidam homo non est iustus. Siquidem utras-  
que vera esse potest. Esto igitur, falsa sit ea que  
dicit, nullus homo sedet, mox iam vera erit  
quae dicit, aliquis homo sedet. Similiter autem  
ac per idem tempus falsa sit ea, quae dicit, omnis  
homo sedet, iam tum vera erit hec, quidam ho-  
mo non sedet. Erunt igitur iuxta datam hypo-  
thesim ambæ simul veræ, & haec quae dicit,  
quidam homo sedet, & quae dicit, quidam ho-

### TRACTATVS III.

mo nō sedet, & sunt inter se subcontrarię. Quo  
circa subcontrarias propositiones simul quis  
dem veras esse, possibile est, atqui simul esse fal-  
sas, est impossibile.

### TER TIA REGVL A DE LEGE

& natura contradictoriarum.

31 regula  
de  
Contradictoriis  
**S**Idicariūn contradictoriarum vna est ves-  
tra, reliquam esse falsam est necesse, & cons-  
tra, si vna falsa est, reliquam protinus vē-  
ram esse oportet. Non enim simul aut veræ  
vnquam, aut falso esse possunt. Quæ quidem  
regula, quoniam per totam artem logicam  
principij loco habetur, vix ullis vel exemplis  
est comprobanda. Si cui tamen hoc etiam in  
animo scelerit, ut exempla omnino subiiciantur,  
poterit hic per se haud difficulter ea ex dua  
bus superioribus mutuari commodissime, nā  
hæc ipsa regula cum duabus illis, quæ diuersas  
alioqui naturas inter se habent, conuenit  
quoquo modo partibus videlicet hinc inde  
suis, quæ duæ sunt, quarum quidem vna est,  
q̄ contradictriae inter se propositiones, nun-  
q̄ simul veræ esse possunt, qua certe lege cons-  
trarię etiam tenentur. Altera vero, q̄ duæ co-  
tradictoriæ nunq̄ possunt simul esse falso, quā  
legē profecto subeunt & subcontrariæ. Vnde  
hæc etiā regula primo utiq̄ loco collocanda es-  
rat, vt qua niterentur reliquæ, veluti in ædifici-  
cio tectū, & parietes, basi & fundamento. Ves-  
tū enim uero cū nūc ordinē tenere in his libuit,

## DE PROPOSITIONE

quem passim in gymnasijis literarijs obseruatur,  
id quod & in alijs quoque haud inuite facimus  
quantum quidem rei ratio ferat permittatue,  
nisi quod quam maxime possumus barbariem ubi  
que vitare studemus, quod & alios plerosque fa-  
cere video, sed multo fœlicius in bonis literis  
suumandis. Hæc siquidem ut semel introducta,  
causa proculdubio fuit abolitionis omnium  
pene honorum studiorum, ita explosa demum  
efficiet, ut oia illa pristino suo nitori restituantur.

### QVARTA REGVLÆ.

*+ regula  
de  
subalternis*

**S**I propositionum subalternatum vniuersalnis, siue affirmatiua, siue negatiua vera est, vera erit & eius particularis, at non contra. Si quidem non oportet, si vera est particularis, veram esse & eius vniuersalem, ut si hæc vera est, omnis homo est iustus, & hæc quoque vera erit, quidam homo est iustus. Rursum, si hæc est vera, nullus homo est lapis, vera etiam erit ea, quæ dicit, quidam homo non est lapis. Sin vero vniuersalis fuerit falsa, iam necesse non est, eius particularem esse falsam, tametsi contra, si particularis falsa est, necesse est vniuersalem quoque falsam esse, ut si falsa est, quidam homo lapis est, falsa quoque erit hæc, omnis homo lapis est. Tum etiam si falsa est, quæ dicit, quidam homo non est risibilis, falsa erit & hæc, nullus homo est risibilis.

## DE PROPOSITIONVM æquipollentia.

### TRACTATVS. III.

**E**xigit hinc ratio ordinis, ut post oppositas inter se propositiones à nobis hactenus expositas, de earum æquipollentia protinus institutum prosequamur. Quando quidem hæc facit, ut oppositæ alioqui propositiones, atq; inter se, tū veritate falsitateve, tū aut qualitate, aut quantitate dissentientes, rursus his ipsis, veritate dico & falsitate, aut qualitate etiam & quantitate conueniant, consensitanciæ inuicem. Ac proinde nonnullieam definiunt, duarum propositionum categoricarum, formalem & necessariam consequentiam, idque propter negationem, vel præpositam, vel postpositam, vel præpositam simul & postpositam. Cuius insuper tres regulas constituant, ex quarum prima deinde atque secunda quartam eliciunt, quæ sit ad eas perinde atq; corolarium quoddam,

dr. finitio propo  
sitionis complicitate  
de proposi  
tione eqn. pol.  
sentia regula

Sequuntur regulæ.

#### PRIMA REGVLÆ DE AEQVL

pollentia propositionum inter se  
contradictoriarum.

prima de equi  
pollentia contradic-

**Q**uoties negatio præponitur signo siue vniuersali, siue particulari, ipsa æquipollere facit propositiones inter se alioqui contradictorias, ut cum sint contradictoriarum duæ, omnis homo iustus est, & quidam homo iustus non est, si earum vni præponas negationem, ut exempli causa vniuersali, aedicat, non omnis homo iustus est, p̄tinus hec duæ.

## DE PROPOSITIONE

non omnis homo iustus est, & quidam homo  
iustus non est, veritate inter se aut falsitate co-  
sentient, ac per hoc, ut regula ipsa proponit,  
inuicem æquipollent. Eodem quoq; modo si  
particulari præponatur negatio, nempe huic,  
quidam homo non est iustus, ac proinde ita di-  
catur, non quidam homo non est iustus, huic  
tum ea æquipolleret, quæ dicit, omnis homo est  
iustus, eruntq; hoc pæto simul veræ aut false,  
omnis homo iustus est, & non quidam homo  
iustus non est, quæ alias veritatem inter se fas-  
titatemq; diuidebant. Quod quidem & in alte-  
ra contradictionis parte ita euenire certum est,

## SECUNDA REGULA DE AE-

<sup>2. de</sup>  
*Eam post. contrarii.* quipollentia propositionum inter  
se contrariarum.

*Frig abe bryg*  
**Q**uoties negatio postponitur signo pre-  
sertim vniuersali, ipsa æquipollere fa-  
cit propositiones inter se alioqui con-  
trarias, vt quoniām contrarie inter se sunt  
hæ duæ, omnis homo iustus est, & nullus ho-  
mo iustus est, si vni earum postponas negatio-  
nem, vt exempli gratia huic, omnis homo iuz-  
stus est, & idcirco dixeris, omnis homo iustus  
non est, tum quæ prius veritate ipsa haud qua-  
quam conuenire poterant, vtpote contrarie,  
ambæ simul veræ esse possunt. Haud aliter eue-  
riet, si etiamnū alteri negationē postponas, né  
pe huic, nullus hō est iustus. Aequivalent ergo  
inter se, omnis homo nō est iustus, & nullus hō

### TRACTATVS III.

est iustus. Itē oīs homo iustus est, & nullus hō  
non est iustus. Quarū pindesi vna vera est, &  
altera; & si falsa vna, altera quoqe falsa est.

### TERTIA REGVLA DE AE<sub>z</sub> 3a de Regulis Tertii subalteri

quipollentia propositionum  
subalternarum.

**Q**VOTIES negatio tam preponitur quam  
postponitur signo, siue vniuersali, siue  
particulari, ipsa æquipollere facit pro  
positiones sibi inuicem subalternas, vt cum  
sint hae duę sibi subalternę, omnis homo iustus  
est, & quidā hō iustus ē. Itē & hae duę, nullus  
hō iustus est, & quidā hō iustus non est, ut pos  
te quantitate solum differentes, si de quolibet  
pari, & preponendo & postponendo alterutri  
earum negationem, ira dixeris. Non omnis  
homo non est iustus, & quidam homo est iu  
stus, vel omnis homo est iustus, & non quidā  
homo non est iustus. Similiter, non nullus ho  
mo non est iustus, & quidam homo non est iu  
stus. Vel, nō quidā homo haudquaquam nō  
est iustus, & nullus homo ē iustus. Vbiqe sane  
inuenies binas, atqe binas ita constitutas pro  
positiones, quae inter se prius quantitate diffe  
rebant, ut subalternę, secundum eandem rurs  
sus quantitatem inter se conuenire, ac per hoc  
veritate simul aut falsitate consentire.

### QVARTA REGVLA.

**Q**VOTIES in aliqua propositione duo sig  
na vniuersalia negativa ponuntur alterū

## DE PROPOSITIONE.

quidem quod ad subiectum, alterum vero  
quod ad prædicatum referatur, ex his duobus  
id quod subiectum respicit, contrario: quod  
vero ipsum concernit prædicatum, suo equis  
*Talis quo*  
*q; fere est*  
*hæc apud*  
*Aristo. li.*  
*de somno*  
*& uigil.*  
*pro. pō:*  
*Nullū ani*  
*mal sensu*  
*præditum*  
*aut nunq̄*  
*dormit, au*  
*t nūq̄ uigi*  
*lat, uel hoc*  
*modo: nul*  
*lum ani*  
*mal, si qd'*  
*sensu est*  
*præditum*  
*neq; dor-*  
*mire neq;*  
*uigilare*  
*contingit,*  
quidem regulæ  
pollet contradictorio. Huius quidem regulæ  
huiusmodi dant exempla: Nihil nihil ē, ex nihilo  
nihil fit, quorum primum iuxta regulæ præ-  
scriptū huic æquipollet propositioni, quod  
libet est aliquid. secundum vero huic, ex quo  
libet fit aliquid. Talia sunt et hæc. nullus ho-  
mo nullum animal est, nusquam nullum cor-  
pus est, nunq̄ nihil mouetur, et his similia, ve-  
rum quoniam talia apud idoneos et proba-  
tos autores, aut rari usus sunt, aut certe mo-  
menti non admodum magni, ea in præsentia  
missa facere consuetum videtur, et ad pro-  
positionum conuersione potius transire,  
quippe cuius maior usus in syllogismorum  
præcleritum demonstratione habeatur.

DE PROPOSITIONVM CONVER-  
*H*is igitur, quæ talia sunt, utpote vulga-  
ria propemodum, posthabitū, de pro-  
positionum conuersione, quæ restat ad  
huc, potius dicamus, ob eam causam quæ dis-  
ta est, Hæc autem à Trapezontio hoc pacto  
definitur: conuersio est, quoties propositionis  
subiectus terminus in prædicatum, et prædis-  
catus in subiectum conuertitur. Hanc bifari-  
am distingui, vel ex eo patere potest, q; aut in  
se se conuertuntur propositiones, aut in alias.

*Duplex conuersio est dijunctio*

*Itaque*

### TRACTATVS. III.

Itaq; cum quatuor sint propositionū genera<sup>propositiones</sup>, gna quatuor  
fuxta quatuor videlicet suprascriptæ figuræ  
angulos, ex his in se quidem cōuertuntur vni<sup>conuersio si</sup>  
uerſales negatiuę, & particulares affirmatiuę:  
in alias autem, vniuersales tum affirmatiuę<sup>alias</sup>  
tum negatiuę. At vero particulares negatiuę,  
nec hoc, nec illo conuertuntur modo, sed per  
aliam quandam conuersionis formam, qua<sup>conuersio p̄ rō</sup>  
per contrapositionem conuersio dicitur. Ex<sup>contrapositione bñ?</sup>  
quo iam colligere quoq; licet, triplicem esse  
propositionum conuersionem: Simplicem, t̄riplicem conuersio  
qua in se propositiones conuertuntur? Per ac  
cidens, qua in alias? Per contrapositionē, qua  
in se quoq; conuertuntur quidem ipsæ, sed nō  
nisi mutatis earum terminis, ut mox dicetur.

#### DE CONVERSIONE SIMPLICI

**D**icimus ergo q̄ simplex quidem cōuer  
sio est, quoties conuertendae proposis  
tionis subiectus terminus in pr̄dicatū  
eius, in quam cōuertitur, & pr̄dicatus in sub  
iectum transponitur, seruata utriusq; proposi  
tionis eadem tum qualitate, tum quantitas  
te. Quo quidem conuersionis modo, duę tan  
tum conuertuntur propositionū formæ, nē  
pe vniuersalis negatiua, & particularis affir  
matiua. Vniuersalis quidem negatiua, vt si  
nullum iustum malū est, nullum malū iustum  
est. Particularis autē affirmatiua, vt si quod  
dam iustum bonū est, quoddā bonum iustū  
est. Nec vero nos conturbet, q̄ quædā vni

F

## DE PROPOSITIONE

versales affirmations, & quædam etiam particulares negationes isto modo conuerti possunt, ut in quibus id quod proprium cuiuscum est, prædicatur, aut quod nullo modo ei possit inesse de quo prædicatur. Verum enim vero quia non fit illud vniuersaliter, nec vbiq; eandem vim retinet, idcirco à simplici conuersione haud temere excluduntur, rei ciunturq;. *Siquidem propositionem quamlibet in se, vel in aliam conuerti, est ad eam necessario confessio qui aliam, ut per quam fit conuersio.*

*In se et aliam  
renunti qd sit*

*Conuersio p. fieri  
de sime in ali*

## DE CONVERSIONE

per accidens.

*g accidens de quod  
sag propositionis, quod  
conuersio est, acci-  
der nona quanti-  
tas*

**P**er accidens autem conuersio dicitur, quoties propositionis subiectus terminus in prædicatum, & prædicatus in subiectum transponitur, eadem utriusq; propositionis qualitate quidem seruata, sed mutata quantitate. Sane hoc modo duæ itidem propositionum differentiæ conuertuntur solum, nempe vniuersalis affirmativa, & vniuersalis negativa, utræq; videlicet in particularem suæ qualitatis, vniuersalis quidem affirmativa, ut si omne iustum bonum est, quoddam bonum iustum est. Etenim si vera est quæ dicit, omne iustum bonum est, vera est ea quæ dicit, quoddam iustum bonum est: ad quam quia sequitur per conuersione simplicem, quoddam bonum iustum est, hæc ipsa nimiri & ad priorem sequetur, eritq; perinde vera. Itaq; res

### TRACTATVS. III.

Et sequitur, omne iustum bonum est, ergo quoddam bonum iustum est, quod erat ostendendum. Vniuersalis vero negatiua, tametsi simpliciter (ut supradictum est) conuertitur, ipsa tamen non minus & in particula re in negatiua conuerti potest, vt si nullum iustum malum est, quoddam malum non est iustum, quoniam videlicet nullum malum iustum est, atq; hoc ipsum profecto est, quod per accidens conuerti dicitur, secundo scilicet loco, & per aliud, sicut simpliciter conuerti, cum nihil aliunde petitur, aut mutatur quicq;.

### DE CONVERSIONE PER contrapositionem.

Couersio per contrapositionem est, quo terminus subiectus transit in praedicatu eius, in quam vertitur, atq; interim in huius subjectum illius transit terminus praedicatus, servata quidem utriusq; propositionis eadem & qualitate & quantitate, sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos. Ad hunc certe modum duæ similiter propositionum formæ conuertuntur solum, nempe vniuersalis affirmatiua, & particularis negatiua. Vniuersalis quidem affirmatiua, vt si omne iustum bonum est, omne non bonum non est iustum. Particularis vero negatiua, vt si quoddam albū non est dulce, quoddam non dulce non est non album. Hinc illa couersio per contrapositionem dicta est,

# DE PROPOSITIONE

vt sit perinde atq; p; terminiorū oppositionē.

## IN TRACTATVM QVAR<sup>um</sup> tum de propositione hypothetica & mo- dali, præfatio.



### OST CATEGORI

ricam hactenus expositā,  
alteram dehinc propositiō  
nis partem aggrediamur  
oportet, nēcē eam, quā cā  
tegoricā ē regiōne respon  
det, constituiturq;. Hēc au-

tem est, quā Grēco quidem nomine hypothe  
tica dicta est, latine vero conditionalem non  
inēpte appellaueris, quanq; Grēci nominis cre  
brior v̄sus est etiam apud latīnos. Tum etiam  
& de modali agēdū in hoc ipso tractatu est,  
*modali propositio*: sed q̄ fieri poterit breuissime. Verum hēc à ca  
tegoricā non distinguitur, nisi forte secundū  
accidens aliquod, quo differt ab ea categoricā,  
quā simpliciter quicquam inesse significat, ta  
men quia plus habet fortassis difficultatis quā  
vtilitatis, vt cuius non sit admodum frequēs  
v̄sus in syllogismorum contextu, quamuis &  
in hac quoq; parte plus satis Aristoteles occu  
patus fuerit, seorsum de ea, quod restare adhuc  
videretur, statim post hypotheticam tractare  
libuit, tum ut illorum considerēmus capacitā

*qui differt ab ea categoricā*

## TRACTATVS III.

ti, qui rudes adhuc huius artis huc accedunt, eius iam primum p̄ceptis initiandi, tum vero ut eorum occurreremus mordacitati, qui nihil nō improbare soleant, nisi quod ab ipsis proficiatur, insulsum plane ac barbarū, Sed nunc propositum exequamur.

### DE PROPOSITIONE HY

pothetica, quid sit, & vnde dicta sit.

**D**E hypothetica quidē propositione tam et si nullus ab Aristotele tractatus relictus est, id quod & Boetius ingenue libereç fatetur: eam tamen ipse à categoricā ita distinguit in libro, quem τετραπλυντιας inscripsit, vt illam quidem appellat simplicem & vnam, hanc autem compositam & cōiunctione vnam, ut quæ ex pluribus categoricis (hoc est, simplicibus) coalescat. Vnde et à quibusdam ita definitur: *Hypothetica propositio* *hypothetica de* *propositio* *genuo* *alca definitio*  
est, quæ ex pluribus categoricis, coniunctio ne omnino aliqua, aut aliquo æquivalente compositis, constat. Sunt qui & ita definis ant: *Propositio hypothetica est, quæ plures* habet categoricas, principales sui partes simul iunctas, vt Si dies est, lux est. Hac idcirco diximus latino nomine cōditionalē appellari, quā tamen, verbū verbo reddētes, suppositoriam fortassis rectius appellaremus. Nā quod Gr̄cis hypothesis est, hoc Latinis est suppositio. Verum quia hypothesis præter cetera significata apud gr̄cos nōnunq̄ vim habet cōditi

## DE PROPOSITIONE

onis, & item causæ, vt hoc loco, placuit latinis  
hominibus conditionalem potius dici, quam  
suppositoriā, propterea q̄ huiusmodi proposi-  
tio sub conditione aliquid proponit, vt si  
hoc est, illud est: vel Si hoc est, illud non est.

## DE TRIBVS PROPOSITIONIS hypotheticæ speciebus.

**H**uius autem propositionis tres esse spe-  
cies, inter omnes sere conuenit huius  
artis professores, quas & Seuerinus Bo-  
etius ad hūc modum colligit: Omnis (inquit)  
hypothetica propositio constituitur. Vel per  
connexionem, vel per disjunctionem. Per con-  
nectionem rursus, aut per copulationē, aut per  
conditionem. Per copulationem quidē, vt ea  
quæ copulatiua coniunctione cōnectitur, vñ  
de & nomē habet, vt & dies est, & lux est. Per  
conditionem vero, vt quæ coniunctione qua-  
dam partibus interposita, ad consequentiam  
conditionemq; dicitur, quæ idcirco nomine  
peculiaris conditionalis appellatur. Per disjunc-  
tionem autē, vt in qua disunctiua cōiunctio  
interueniens, ambas prēdicatiuas (hoc est, ca-  
tegoricas) coniungit, et per hoc disunctiua  
propositio dicitur, vt Aut dies est, aut nox ē.

## DE Q VALITATE PROPO- sitionum hypotheticarum.

**C**aeterum quoniam omnis propositio,  
aut verum aut falsum significat, & quē  
admodum Aristoteles docet, quicquid

### TRACTATVS III.

contingit affirmare, contingit & negare, inquirendum & illud nunc est, quoniam pacto hypotheticæ propositiones, cum affirmatiōnem recipiant, admittant simul & negationē. Illud certe à nonnullis dubitatur. Itaque dicens, q̄ hypotheticæ propositiones, ut affirmatiuae sunt, quarum principalis copula non negatur, & si inter partes ipsas nonnunq̄ negatio ponitur, ut si homo est, animal est. Item, si non est animal, non est homo. Ita negatiuae dicuntur, quarum copula principalis negatur. Principalem autem copulam voco, quæ pars simul iungit, & certam hypotheticę propositionis speciem constituit, cuiusmodi sunt, cōjunctiones copulariuæ, disiunctiuæ, & rationales, seu conditionales, tum & aliae quædam orationis partes, illis tamen æquivalentes. Igitur cum quis volet ex hypotheticis affirmatiuis easdem facere negatiuas, is toti propositioni negationem præponet, quæ tamen supra copulam principalem ferri intelligatur, ut nō si homo ambulat, homo mouetur: non & dies est, & lux est: non aut dies est, aut nox est. Atq; ita in his propositionibus præter contradictiōnem, nulla alia inuenitur oppositio, quæ à Cicerone & Boetio repugnantia appellatur.

### DE QVATVOR HYPOTHE<sup>s</sup>ticarum propositionum differentijs.

## DE PROPOSITIONE

**C**um ergo affirmatio & negatio in his propositionibus non secundum partes sumantur, videndum etiamnū est, quot modis partes ipsas variari contingat penes affirmationem & negationem. Vnde & tot earum differentiae constituendae sunt. Itaq; constant hypotheticæ aut ex duabus affirmatiis, ut Si cœlum rotundum est, cœlum est volubile: aut ex duabus negatiis, ut si cœlū rotundum non est: cœlum non est volubile: aut ex affirmatiua & negatiua, ut si cœlū quadratum est, cœlum volubile non est: aut ex negatiua & affirmatiua, ut si cœlum rotundum non est, cœlum stabile est. Quatuor igitur sunt istarum propositionum differentiae, secundū partium variationem penes affirmationem & negationem, & vt in conditionalibus iam monstratum est, ira & in copulatiis & disiunctiis sese habet quod dictum est.

### BREVIS DE HISCE PROPOSITIONIBUS ADMONITIO.

**S**ed prius quam hinc iam de veritate & falsitate harum propositionum agamus, illud tantum præmonendum duximus, quod ex his singulæ duas habent partes, vñā quæ coniunctionem ipsas coniungentē (quā principalem copulam iuniores vocant) præcedit, alteram quæ coniunctionem ipsam subsequitur. Atq; ex his rursus interdum prior pars vera est, sequens falsa, interdum contra.

## TRACTATVS III.

Nonnunque etiam ambæ aut veræ, aut falsæ.  
Præter hæc autem & in conditionalibus ipsis  
hoc amplius præmonendum subit, quod ex illis  
duabus partibus, ea quidem quæ prior est, &  
coniunctioni si proxime præponitur, antecedens  
dicitur: quæ vero priorem deinde partem  
subsequitur, ac posterior proinde pars est, con sequens appellatur.

## DE VERITATE ET FALSI:

tate conditionalis.

Taque breuiter nunc repetamus harum propositionum definitiones, simulque ostendas  
mus quemadmodum sese habeant singulæ secundum veritatem falsitatemque. *Conditionis* Conditionis  
nalem igitur propositionem esse dicimus, quæ ex duabus constat categoricis. Si coniunctio<sup>s</sup> si  
ne similiunctis, vt si Socrates ambulat, Socrates mouetur. *Conditionalium* autem quo<sup>d</sup> ad eius ratione:  
niam alia quidem affirmatiua est alia negatiua, *Item quantum* affirmatiua quidem vera esse cognoscitur, si oppositum consequentis antecedenti repugnat: falsa, autem, si non repugnat. Ergo vera quidem est quæ dicit, si homo est, animal est. Quandoquidem huius oppositum quod est, non est animal, ei plane repugnat quod dicit, homo est, falsa autem hæc, si homo est, album est. Nam non album esse, haudquaquam ei repugnat quod est, hominem esse. At vero si negatiua fuerit, vera ne an falsa sit, ex affirmatiua facile deprehenditur, negatiõe remota, id quod

## DE PROPOSITIONE

& in copulatiua & in disiunctiuā, cum negatiū  
tūe sunt, ita quoq; euenire certum est. Quocirca  
vera hēc esse iudicatur, quē ita proponitū,  
non si homo est, quadrupes est, quoniam eius  
affirmatiua falsa est. Sunt tamen qui aliter ha-  
rum propositionum veritatem & falsitatē dia-  
scutiant, sed nos Trapezontium in hoc sequi  
maluimus. Verum quia tota huiuscemodi p-  
ositionum vis, in consequentia atq; conditi-  
one constat, idem hoc addunt amplius, atq;  
idcirco, vt oēm cōditionalem veram, necessā-  
riam esse dicunt; ita falsam, impossibilem. Itaq;  
vera simul & necessaria hēc est, q; dicit. Si dies  
est, lux est: siquidem diem esse non cōtingit, ni-  
fi lux sit. Nec minus si ita proponas, si volat  
quispiam, alas habet, atqui hēc quē dicit. Si  
dies est, terra mouetur, vt falsa est, ita & impos-  
sibilis: quando non ideo terra mouetur vñq;  
q; dies sit, aut si dīes est. Sed est alia tum ratio,  
tum causa, cur terrēmotus fiat, quemadmodū  
In physicis id proditur,

## DE VERITATE ET FALSITATE

te propositionis copulatiū.

**C**āpulatiua propositiō est, quē ex duas  
bus pluribusue categoriciō constat, co-  
pulatiua coniunctione, aut æquivalente  
aliquo simul iunctis, vt Socrates ambulat, &  
Plato disputat. Copulatiua vera quidem est,  
cum utrāq; pars vera est: falsa autem est, cum  
vel alterutra pars falsa est. Cæterum in definiti-

*propo. Cogn.  
lating.*

*q; vera*

## TRACTATVS III.

tione copulatiuæ, particula quæ erat, aut æquis copulatiuæ  
ualente aliquo, innuit pleras haberi copulatiuæ  
uas propositiones, in quibus tamen non copu  
latiuæ coniunctio partes connectit, sed aduers  
bium, aut temporis, aut loci, aut similitudinis,  
vnde & tales propositiones ab his aduerbijs  
nomina sæpen numero sortiuntur, vt aliæ quis  
dem temporales, aliæ locales, aliæ vero simili  
tudinis propositiones dicantur: quas tamen  
sub copulatiuæ compræhendere licet, quemad  
modum sub eadem quidam etiam cōpræhens  
di putant ppositionem rationalē, vt quia sol  
lucet, dies est, q̄ proinde ita explicant, Sol lus  
cet, et ideo dies est. Alij aut̄ sub conditionali eā  
compræhendere malunt, propter vim conses  
quentiæ, quæ eadem est in vtraq;.

## DE VERITATE ET FALSITATIS

te disiunctiuæ propositionis.

**D**isiunctiuæ propositione est, quæ ex duas  
bus pluribusue constat categoricis, cō  
iunctione disiunctiuæ simul iunctis, vt  
Socrates ambulat, vel Plato disputat: quā ve  
ram quidē iuniores esse dicunt, si alterutra tan  
tummodo pars vera fuerit: falsam aut̄, si pars v̄  
trac; fuerit falsa. Et ad hunc quidem modū de  
disiunctiuæ propositione loquunt̄ hi maxime,  
qui hac tempestate dialecticam docent, cum ta  
men Boetius, & ante hunc M. Cicerō aliam  
huius ppositionis significationē esse tradant,  
atque eam esse dicant, quæ ex repugnantibus

## DE PROPOSITIONE

inter se categoricis constituta sit: cuius proin-  
de posita pars vna interimit alteram, & inters-  
empta vna, alteram ponit, vt, Aut dies est, aut  
nox est.

## DE PROPOSITIONE MODIS

li, sed prius quid sit modus, à quo dicta  
videtur huiusmodi propositio.

Sic ipsum aduerbiū Scaurus, ut est apd' Diomedē de aduer-  
biū est rei modus ad iectiu9 ip-  
sum pro- uerbum verbis, quod adiectiua nomina ap-  
nuntiatio- pellatiuis nominibus adiuncta, vt cum dico,  
ne diffini prudens homo, hominem quidem aliquem de-  
ens, hoc ē signo, non tamen quemlibet, sed eum qui pru-  
terminās dentia praeditus est. Sic etiam cum dico, pru-  
ucluti, re- denter agit, agere quidem aliquem innuo, at  
ete, diligē cum hoc simul explano atq; distinguo, agere  
ter, opti- videlicet, non vtcunq; sed prudenter. Itaque  
me, etiū nomen, aut aduerbiū.

TRACTATVS III.  
QVI MODI PROPRIE M O  
dales efficiant.

Ceterum cum adverbium ipsum verbū determinat, id facit aliquoties quidē ratione rei, hoc est, significati ipsius verbī, qd per eius participium explicatur. Aliquando ratione temporis, quod verbum confignoscit. Aliquoties ratione modi verbī, quo scilicet varia in nobis designatur affectio, prout animus noster nunc ad hoc, nunc ad illud se inclinat, quam Græci proinde multo significans tūs ἔγκλισις, id est, inclinationem, nos modū appellamus, ut cum optamus quippiam, aut aliquem hortamur. Aliquoties vero ratione cōpositionis verbī, quae quidē in ipso verbo intelligitur, quatenus verbum substantiuum intra se includit, de quo ita Aristoteles in principio fere eius operis, quod de interpretatione inscribitur: Nam si ipsum (inquit) est verbū, purū dixeris, nihil quidem est: significat autē compositionem quandam, quam sine compositionis, hoc est, extremis, non est intelligere. Quod fit, ut ex hac multipli adverbij determinatio ne, multiplicēs quoq; modi colligantur. Attamen ex omnibus his nulli tales sunt, qui mōdales propositiones efficere constituereq; possint, præter quatuor, siue adverbialiter eos siue nominaliter expresseris, qui sunt, possibile, impossibile, contingens, & necessarium. Nam cum dicit quispiam, Plato grauiter disputat,

summa . 1.1107

quatuor effini  
ut modato pro  
posinom

## DE PROPOSITIONE.

aut homo albus currit, modus quidē in vtraque propositione ponitur, neutra tamen ex ipsis modalis dici debet: quoniam non tota vtriusque propositionis compositio determinata est, sed pars tantum altera, vnius quidem subjectum, alterius vero prædicatū. Quare quicūq; modi partē propositionis aliquā, non totā eius compositionem determinant, nullo pacto eiusmodi censerī debent, vt ab his modales propositiones dicantur. Sed neq; verū, neq; falso tales habent modi, licet ipsarū propositionū compositionē determinent, qm̄ in his propositionibus, quae modis illis determinantur, oppositio & æquipollentia haud aliter sumuntur, q; in his quae simpliciter inesse significat, vel ideo fortassis, q; cōmunes om̄ium propositionum affectiones siue passiones sint. Omnis quippe propositio, aut vera, aut falsa esse prohibetur. QVID SIT PROPOSITIO MODALIS, & QUOMODO SECUNDUM QUOSdam diuidatur.

**M**odalis igitur propositio est, quae modo ex his quatuor aliquo determinatur, cuiusmodi sunt, possibile, impossibile, contingens, & necessarium. Sane hanc ipsam quae iam definita est, modalem compositionem quidam appellant, quam & ita definiunt, *modalis compo sita* *dictum qd* ut sit cuius dictum aliquo modorum determinatur, dictum quidem intelligētes id, quod ex casu accusatiuo & verbo infinito constructus

## TRACTATVS, IIII.

est, quale est, cum dico, Socratem currere. Cū  
igitur dictum tale determinatur, huiusmodi p  
positio modalis composita appellatur, vt cu  
ius alterum extremonum est dictum, alterum  
modus ex his aliquis, qui dicti sunt, vt Socras  
tem currere est possibile. Idein huic quasi ex  
aduerso alia ponunt modalem, quam diuisam  
appellant, & ita definiunt: Modalis diuisa est,  
cuius copula modo aliquo determinatur, vt  
sedentem possibile est ambulare, quales etiam  
rum propositiones simpliciter & proprie mo  
dales esse dicunt, illas autem non simpliciter.  
Sed compositas. Verum non ita Aristoteles  
& Boetius, quorum vterq; de his propositio  
nibus, hoc est compositis, si tamen ita appella  
re libet, & grauiter & subtiliter suum instituit  
tractatum, de quibus etiam nos hoc ipso tra  
ctatu agemus, vt qui Aristotelem potius &  
Boetium, autores haud dubie grauissimos imi  
tari volumus, quam leuiuscinos & clamosos  
sophistas.

QV AE SIT HORVM QVATV  
or modorum ad signa, tum vniuersalia,  
tum particularia proportio, siue  
conuenientia.

**S**ed vt harum deinceps propositionum in  
uestigemus qualitatem simul & quantita  
tem, vnde et earum deinde oppositio intel  
ligi possit, scire operè pretium est, hos quatuor  
modos s̄epe dictos, magnam cum signis tum

## DE PROPOSITIONE

*necessitate  
impossibilitate*  
vniversalibus tum particularibus habere conuenientiam, affinitatemq; vt exempli gratia, necessitate cum signo vniversali affirmatiuo: impossibile cum signo vniversali negatiuo: porro possibile & contingens (qui duo modi hac in parte pro eodem passim accipiuntur) cum signis particularibus affirmatiuis. Vnde vt si gna illa aliarum huius generis propositionū, subiecta tantum determinant, ita hi quatuor modi totam istiusmodi propositionum compositionem, quæ (vt iam supra dictum est) dici nomine intelligitur.

## DE QUALITATE SIMVL ET quantitate modalium propositionū

*ad apx xiv  
item verbale  
pnt verbale  
in hoc sive ioff: imm*  
**E**X his igitur, et si facile iam quiuis videatur intelligere posse, vnde in his propositionibus tum qualitas tum quantitas sumienda sit, tamē haud superuacuum erit, interim & illud admonere, q; in modalibus affirmatio & negatio secundum modum sumenda sunt, quemadmodum in his, quæ sine modo proferuntur, atq; inesse simpliciter significant, secundum verbum, hoc est, copulam verbalem, id quod & his pene verbis (ita vt solet omnia) grauissime, secundum Aristotelis traditionem, Boetius annotauit, quemadmodū enim (inquit) in ihs quæ præter modum quicq; esse vel non esse proponunt, esse quidem & non esse appositiones quædam (id est, prædicationes) sunt, res vero est quæ subhicitur, ut in eo

## TRACTATVS III.

In eo quod dicitur, homo est, vel homo non <sup>explanatio propositi  
as p. exemplis</sup> est, homo quidem quatenus rem significat, subiectum est, appositiones autem & prædications sunt, EST, & Non est. Ita quoque in his que secundum modum aliquem dicuntur, esse quidem subiectum est, velut res quædam, modus autem, qui de ipso esse prædicatur. Nam cum dicimus hodie pluuiam esse est possibile, esse quidem iam subiecimus, possibile autem prædicauimus. Sicut igitur in illis quæ præter modum dicuntur, verbū totam vim prædicationis habet, ita in his quæ cum modo proferuntur, ipse modus. Et per hoc ut negatio in illis ad verbum fertur, ita in his ad modum ferenda est. Sed hinc ad earum transversamus oppositionem.

### DE OPPOSITIONE PROpositionum modalium.

**O**pponuntur autem & hæc quidem inter se quatuor modis. Siquidem autem contrariae inter se sunt, aut subcontrariae, aut contradictoriae, aut subalternæ. Enimvero ut harum oppositionem planius quisque discernere queat, conuenientius erit hoc partem eas disponere, ut modus ipse subiecti, verbū autem siue dictum (quod vocatur) prædicti locū interim teneat, tam et si perinde est, hoc vel illo ordine disponantur. Contrariæ igitur sunt, ut necesse est hominem spirare, necesse est hominem non spirare. Subcontrariae, ut possibile

G

## DE PROPOSITIONE

*Contraria* est hominē spirare, possibile est hominē nō spirare. *Contradicториæ* vero, ut necesse est hominem spirare, non necesse est hominē spirare. *Subalterna* vero, ut necesse est hominem spirare, non necesse est hominem non spirare.

Quae omnia ut digesta sunt, ita sese habere, subscripta figura monstrat luculentissime, licet modis in ipsis propositionibus ubiq̄ fere variatis, idq; haud temere. Quippe iuxta signorum respondentiam, cum tamen si libeat ex eisdem ubiq̄ modis eas describere possis, suo videlicet quanq; loco.

Sequitur figura.

Necesse est  
hominem  
spirare

Contrariæ

Impossibile  
est hominem  
spirare

*Subalterna*

Possibile est  
hominem  
spirare

*Contra*

*dilectione*

*Contraria*

Possibile est  
hominē non  
spirare

DE CONSEQUENTII SSIVE  
æquipollentij propositionū modalitū

## TRACTATVS. III.

**H**inc iam ad consequentias, sive (ut ius-  
niiores dicunt) æquipollentias harum  
propositionum transcamus. Ad quas  
quidem intelligendas duæ regulæ à Iacobo  
Stapul. traditæ, plurimum nobis adiumenti  
præstare poterūt, si eas animo perpendamus,  
simulq; memoriae commendemus, quas pro.  
inde hoc loco adjicere placuit. At idem quo.  
q; haud dubie faciet subiecta figura, quatuor  
angulis per binas diametros descripta, ap.  
positis insuper quatuor ad hunc usum inuen.  
tis vocabulis, vnicuiq; angulo singulis, quæ  
ob id ipsum artis vocabula haud iniuria dici  
possunt. Quibus tum ita dispositis, scire licet  
omnes vniuersaque anguli propositiones  
inter se æquipollere, ac per hoc consequi sele.  
Cæterum ut nihil quod ad hanc. rem attinet,  
non intelligatur plane, horum quatuor voca  
bulorum ars etiamnum aperienda est. Sciens  
dum itaq; q; per a vocalem intelligere debet, si 16mo  
mus, negationem in his propositionibus neq;  
ad dictū, neq; ad modum ferendam esse. Et vt  
per e ad dictum tantum, ita per i solum fere  
renda est ad modum, per uero ad utruncq;. ¶  
Sed nunc tandem ad ipsas regulas ueniamus.  
Quarum prima est: Si est aliqua propoſitio prior regula  
possibilis, eadem est contingens, atq; eadē non  
est impossibilis, & eius contradictria non est  
necessaria. Secunda: Si non est aliqua pro Secunda regula  
positio possibilis, eadem non est contingens, Si aperte

G. 7

## DE PROPOSITIONE

eadem autem est impossibile, & eius contradictionis  
etoria est necessaria. Postremo autem exempla sumantur ex his propositionibus quarum  
dicta aequivalent propositionibus vel singularibus, vel communibus, hoc est, quarum subjecti termini sunt aut singulares, aut communes. Verum quoties ex communibus terminis huiusmodi constiterint propositiones, tunc si tres praecedentes, utpote de possibili, continent genti, & impossibili fuerint universalis, quarta de necessario erit particularis, at contra, si praecedentes tres fuerint particulares, aut certe indefinitae, quarta erit universalis, atque id quidem est, quod ambae innunt regulam, cum in utraque dicitur, & eius contradictionis est, vel non est necessaria.

**Sequitur figura ex propositionibus singularibus.**

Socratē nō curr. nō ē	Socratē currere nō est
possibile,	possibile,
Socratē nō curr. nō est	Soc. currere non est cō
contingens.	tingens,
Socra. non cur.est	Socratē curre.est impos
impossibile,	possibile,
Socratē currere est	Socratē non currere est
necessē,	necessē,

*ad negationem  
ad directum  
ad modum  
ad rationem*

# TRACTATVS III.

Contraria.

*Subalternæ*

*Contra*

*Contra*

*Subalternæ*

*dictoriae*

*dictoriae*

Subcontrariae,  
Socratē curr. est posse. Socratē non curr. est possi-  
sibile. Socratem curr. est. Socratē non currere est  
contingens. impossibile. Socratē curre. non est. Socratē non curr. non est  
impossibile. impossibile. Socratē non currere. Socratem currere non est  
non est necesse, necesse.  
Sequitur figura ex propositionibus communibus.

Oc̄m homi. non curr. omnē ho. curre. non est. Iliae.  
non est possibile. possibile. non  
omnē ho. non curr. non omnē ho. curre. est  
est contingens. contingens. non  
omnē ho. non curr. omnē ho. curre. est im-  
est impossible. possibile. G iii  
Quēdā ho. cur. est aliquē ho. non currere  
necesse, est necesse,

DE PROPOSITIONE  
Contrariæ.

Subalternæ

Contraria

Contraria

Subalternæ

differetia

differetia

Subcontrariæ,  
omnē homi. curr. est omnē ho. non cur. est  
possibile, possibile,  
omnē ho. cur. est con. omnē ho. nō curr. est cō  
tingens. contingens,  
omnē homi. cur. non omnē homi. non cur. non  
est impossibile, est impossibile  
Aliquē hom. non cur. quendā homi. curr. non  
nō est necesse, est necesse,

amabimus

Edentuli

DE CONVERSIONE MODALIVM  
**S**ed & de conuersione harum propositio-  
num iuxta seruatum prius ordinem di-  
cendum deinceps. In quo quidem paulo  
liberius expatiari liceat, propter eos qui hac  
in parte omnes eiusdem ordinis propositio-  
nes, vt æquipollere inter se vñiq; ita & cons-

## TRACTVS IIII.

verti dicunt, id ipsum recte ne an perperam,  
 ipsi viderint, nos vero Aristotelem in primis  
 ipsum, & post hunc Boetium, & post vtrunc  
 Iacobum Fabrum Stapul. sequentes, non per  
 omnia id ita se habere, vel exemplis idoneis  
 ostendemus. Insuper autem & illud nunc etiā  
 mirari subit, q̄ plēriique in re plane perspicua,  
 vel acta omnino, agunt, vt in proverbio est,  
 vel certe nimia interdū prolixitate vñq̄ adeo  
 laborant, vt eandem rem non modo luce sua  
 priuent, sed & obscuriorem relinquant, quā  
 inuenerint. Contra vero, in re quæ expositi  
 one aliqua indiget, vel tempus in ea prorsus  
 male collocant, vel ita rem illam oculis ( vt  
 videtur ) connuentibus prætereunt, vt non  
 tam negligere quā ignorare uideantur, quid  
 enim refert dicere, omnes propositiones in  
 suo ordine æquipollere inter se, & conuerti  
 perinde, cū tamen eæ præpositiones, quæ  
 de impossibili sunt, id nequaq̄ admittant, vi  
 delicit ut conuertatur? Nam cū vera sit quæ  
 dicit, omnem substantiam esse hominē est im  
 possibile, falsa tamen erit hæc, quendam homi  
 nem esse substantiam est impossibile. Quo-  
 circa nec Aristoteles ipse de modalium conuer  
 sione tractans, meminit vñquam de proposi  
 tione impossibili. Quod profecto & Iacobus  
 Faber Stapulen. animaduertens, tales regulas  
 de huiusmodi propositionum conuersione  
 posuit: Si conuersa inquit, impossibilis est, prima de  
conuersione  
q̄ uocat q̄ p̄cipit ac substatit  
q̄ p̄cipit ac substatit G. iiii commeſio

## DE PROPOSITIONE

*Secunda*

non oportet conuertentem eius esse impossibilem. Item, Si conuersa fuerit possibilis, contingens aut necessaria, & eius conuertens possibilis, contingens, aut necessaria erit. Vnde recte sit conuerſio in ea quæ de possibili aut contingenti existit, si dicamus omnem hominem esse album, est possibile, siue contingens, ergo quoddam album esse hominem est possibile, siue contingens. Et in ea similiter id accidet, quæ est de necessario, ut omnem hominem esse mortalem est necesse, ergo quoddam mortale esse hominem est necesse. Quod quidem & in alijs quoquper generibus propositionum ita eueniet secundum duplicis conuerſionis regulas supra positas. Atque hoc ipsum est, quod & Aristoteles ad hunc modum proponit, vbi de istarum propositionum conuerſione agit: Eodem autem modo (inquit) & de necessariis propositionibus se habet, & in contingentibus, quo modo in his, quæ absolute dicuntur, hoc est, simpliciter inesse significant.

QVOT MODIS CONTINGENS dicatur.

*Contingens  
se 3 modis*

**Q**uoniam autem contingens quod dicitur, eandem vbique in his propositis onibus cum possibili significationem habere constat, haud ab re fuerit, anteque huic tractatu finē imponamus, eius nominis multiplicem significationem breuiter exponere. Itaque scieđū, quod contingens tribus modis dicitur,

## TRACTATVS IIII.

Dicitur nanc<sup>o</sup> contingens, & quod necessariū est, & quod non necessarium, & quod possib<sup>is</sup> le est. Primo igitur modo contingens & necessarium idem sunt, Secundo contingens & nō necessarium. Tertio contingens & possibile. Rursus autem contingens quod secundo modo dictum est, deducitur deinde in contingens <sup>Alia dimissio</sup> contingens non ut plurimum, siue quod frequentius est, in cōtingens rarum, & contingens vtrumlibet. Cōtingens ut plurimum est, quod in alteram partem plus vergit, ut hominem in senectute casnescere. Nam id quidem frequenter accidit, potest tamen etiam non canescere iam senex quispiam factus. Vnde et contingens natum idem appellatur. Contingens rarum est, vt fodientem reperire thesaurum. Id enim si aliquando contingat, rarissimum tamen est. Contingens vero vtrumlibet, quod & indifferens dicitur, id est, cum dicimus sedere quempiam aut vigilare, quod proinde ita definitur: Vtrumlibet est, cuius indiscretus euentus est, hoc est, quod æqualiter euenire, vel non euenire potest. Et de modalibus quidem hactenus.

## IN TRACTATVM QVIN<sup>o</sup> tum de syllogismo categoris co, præfatio.

## DE SYLLOGISMO CATEG.



tota vis dialecticæ  
inveniendi et iudicandi

VPEREST, VT ad eam tandem peruenias  
mus huius artis partem, in  
qua tota vis artis sita est,  
nempe inueniendi & iudicandi. Nam si dialectica  
(vt à Mar. Cicerone non  
tam eleganter breuiterq; q; grauiter et vere de  
finitur) diligens differendi ratio est, fieri profes  
sio non potest, vt ab inuentione ipsa sit sepa  
rata. Siquidem differere (hoc est, disputare) di  
ligenter nemo poterit vñq; de re quapiam, ni  
si inuentis à se prius argumentis, quibus dispu  
tatio ipsa fulciatur, procedatq; legitime. Rur  
sus autem & ob id ipsum à iudicio abesse ne  
quit, quo is qui differit, perpendat examinetq;  
cum inuentum nuper argumentum, cum ipsi  
us disputationis instrumentum, nempe argu  
mentationem, quod certe nisi rite formatum  
fuerit, parum aptum idoneumque ad disputan  
dum adhibebitur. Porro pars illa quæ de inue  
tione tractat, topice græce, Latine localis dici  
potest. Ea vero pars, quæ in iudicando posita  
est, & quasdam discernendi regulas subminis  
trat, analytice à Græcis dicitur, à nostris reso  
lutoria. Huius rursus duplex ab Aristotele par  
tatio traditur. Siquidem ea pars, quæ de pro  
positionum iunctura considerat, & formam  
duntaxat syllogismi molitur, docens interim  
præmissis, quas vocant, rite dispositis, necesse

Inventio & lo  
quidem analyticæ

prior analyticæ

## TRACTATVS V.

sario ex his conclusionem sequi, prior analytice dicitur: quæ vero de ipsis inuentis iudicium fert, hoc est, ostendit utrum quæ inuenta sunt, conueniant nec ne rei in disputatione propositæ, posterior analytice nuncupatur, quod nimirum tribus fit modis: quippe hec ipsa vel de necessarijs iudicat & demonstratio appellatur: vel de verisimilibus & probabilibus, & peculiari nomine dialectice dicitur, vel de falsis & cauillatorijs, & sophistica nuncupatur, De sophistica, quibus omnibus singulatim per ordinem desinens tractabitur, & primo quidem de syllologismo formaque argumentationis, cuius etiam præter syllogismum aliæ tres traduntur species: Enthymema, inductio, exemplum, quæ tangent ad syllogismum ipsum, veluti ad quasdam mensurā reduci solent. Quoniam autem omnis argumentatio, omnisque syllogismus propositionibus struitur, atque haec terminis perficiuntur, a propositionibus & terminis huc tractatum inchoandum esse statuimus, id est etiam non absq; exemplo.

## DE PROPOSITIONE, MATERIALE SYLLOGISMIS PRINCIPIO.

**P**ropositio igitur est oratio affirmativa vel negativa, alicuius de aliquo, hoc est, oratio in qua aliquid de aliquo aut affirmatur, aut negatur. Cuiusmodi sane sunt propositiones in primis categoriis, quarum quidem haec

## DE SYLLOGISMO CATEG.

*vniuersalis  
particularis  
Indefinita*

vniuersalis est, hæc particularis, illa vero inde finita. Vniuersalis quidein, quæ aut omni, aut nulli inesse quippiā significat. Particularis vero, quæ alicui, aut alicui non, aut non omni. Indefinita vero, quæ inesse quidem vel non in esse significat, sed absq; vniuersitatis particularitatis nota.

## DE TERMINIS.

*terminorum def.* **T**erminos hæc in parte Aristoteles primū definit, in quos propositio resoluitur, ut prædicatum, & de quo ipsum dicitur, qd proinde subiectum propositionis appellatur, vt huius propositionis, omnis homo est animal, termini sunt, homo atque animal, idcirco qd in eos principaliter ipsa resoluatur. Et termini quidem dicti sunt, veluti in agro limites, nam vt his ager finitus designatur, ita terminis propositio (vt dictum est) perficitur. Cuiusmodi sunt simplices in primis, & significati uæ voces, inter quas præcipuae habentur, nomen & verbum. Itaq; in has propositio recte resoluitur, vt ex quibus composita est. Fieri enim non potest, vt ulterius resolutio procedat, vt pote in literas, aut in syllabas, quoniam hæc (vt alibi dictū est) significatiuæ non sunt.

## DE SYLLOGISMORVM PRINCIPIJS REGULATIUIS.

*Syllogismi via  
trivialis principia* **C**aeterum, vt ad rectam syllogismorum formationem, connexionemq; nosse oportet, quid propositio, quid item ter-

## TRACTATVS V.

mini, quæ ipsius syllogismi materialia principia sunt, ita quoç scire operç pretium est, quid sit omni aut nulli inesse, siue in toto esse, & non esse, quæ regulatiua principia syllogismi à qui busdam appellantur. Definitur igitur ab Aris stotele in toto esse, siue de omni prædicari, quoç ties nihil est sumere subiecti, de quo non dicas tur prædicatum, ut cum ita proponitur: omnis homo est animal, ipsius hominis nihil inueniri potest, de quo nō dicatur animal. Ergo quia de homine animal prædicatur, & de Socrate, & Platone, immo vero & de quolibet particu lari homine prædicari potest. Ab eodem item definitur in toto non esse, siue de nullo prædis cari, quoties nihil est sumere subiecti de quo di catur prædicatum, hoc est, à quo prædicatum non remoueat, vt in hac propositione, nullus homo est lapis, quia de omni homine negatur & de Socrate & Platone, & de alijs item oīnibus particularibus hominibus negatur. Sane, in toto de oī sciendum, q̄ in toto esse, & dici de omni, versa vice se habent. Nam si quid de omni prædicatur, id de quo illud prædicatur, in toto eo est quod prædicatur, vt de omni homine animal: In toto ergo animali homo est, veluti pars quædam intra suum totum latens quodammodo. Hactenus de principijs syllogismi, tam materi alibus, quam regulatiuis, nunc ad syllogismū ipsum transeamus.

## DE SYLLOGISMO QVID SIT.

κανονισμος τοιοντος εν τω γενετικων ινων εποντα τον  
κανονιον εκ πραγματου ευρασιανης την κανονιον

## DE SYLLOGISMO CATEG.

**S**yllogismus est oratio, in qua quibusdam positis, aliud quiddam ab his, quae posita sunt, ex necessitate accidit, eo quod haec sunt. Sane hoc pacto ab Aristotele ipso definitur syllogismus, cuius definitioni Boetius adiicit particularam, & concessam, ut sit quasi explanatio eius, quod Aristoteles dicit, positis, id quod coiunctio, & innuere videtur, quae exposita in terdum coiunctio habetur. Boetius igitur voleans Aristotelis definitionem quodammodo explanare syllogismū ita definit: *Syllogismus est oratio, in qua quibusdam positis & concessis, aliud quiddam praeter ea quae posita & concessa sunt, necessario evenit, propter ea quae posita & concessa sunt.* Porro per hoc quod ab utro que dicitur, aliud quiddam ex necessitate accedit, ab his quae posita sunt & concessa, significatur nobis, plane eos non esse syllogismos, qui ab aliquibus sunt hoc modo: *Quicquid est homo, homo est, homo autem est homo, igitur homo est homo.* Item, omne animal est substantia, & omnis homo est animal, ergo omnne animal est substantia. Huiuscmodi sane syllogismi ridiculi prorsus sunt, ob id quod in his conclusio non sit aliud à premisis. Adiectum præterea est et illud non temere, eo quod haec sunt, propter eos, qui plerumque syllogismos faciunt, in quibus aut minus, aut plus, aut aliud quippiam propositum est, quam proponi debuerat.

*Gellius lib. 14*  
*syllogismi est oratio*  
*qua concessis quibusdam et necessaria, aliud quod qua concessis*  
*est quod in qua concessa sunt, ita quod et augustinus*

## TRACTATVS V.

### DE MVLTIPLICI SYLLO

gis morum differentia.

**S**Yllogismorum autē aliis categoricus est, *syllogismi*  
alius hypotheticus. Et categoricus quidē categoricus  
est, cuius utrāq; sumptarū propositionū,  
pariter & conclusio categorica est. Hypothetici *Hypothetici*  
vero, cuius vel altera tm̄, aut conclusio hy-  
pothetica est. At de hoc postea proprio quo-  
dā tractatu. Rursus categoricorū syllogismos *dimicō categori-*  
*rū* aliis communis est, aliis qui expōitorius *rebus syllogis-*  
dicitur. Cōmuniis quidem est cuius medium, *Cōm*  
quod dicitur, est terminus communis. Expōitorius *expōitorius*  
terius vero, cuius medium terminus est singu-  
laris, hoc nomine fortassis dictus, quod per ips-  
sum quasi expōitio designatioque fiat propo-  
sitionum ad demonstrationem sumptarum.  
Ex categoricis item, & his quidem qui com- *categoria rōis*  
munes dicti sunt, alijs sunt perfecti, alijs imperfe- *imperf*  
cti. Perfectus quidem syllogismus is dicitur, *efficiens rōis categori-*  
qui nullius alterius indiget, præter ea quæ pos-  
ita sunt, vt appareat necessarium, hoc est, vt  
conclusio ex necessitate sequatur: Imperfectus *imp rōis categori-*  
vero, qui aut vnius, aut pluriū indiget ad hoc,  
vt necessarium appareat ex his quæ posita  
sunt, vnius quidem, vt verbi causa, aut cōuer-  
sionis tantum, aut præmissarum transpositio-  
nis, aut reductionis ad impossibile. Pluriū ves-  
to, cum ex his tribus perficiendi syllogismi ins-  
trumentis duo necessario requirunt. Id autem  
quoniam fiat pacto, postea vbi de mōdis syllo-

## DE SYLLOGISMO CATEG.

gisticis tractabitur, perspicuum euadet.  
**E**X QVIBVS ET QVOT PRO  
positionibus syllogismus constet, & de  
terminorum secundum positionē  
differentia, tum de triplici figu  
rarum distinctione.

Syllogismus ex 3 tribus

propositionibus ex  
terminis est.

Maior minor  
premissa sunt

modus termini

Maior

Maior extremitas

minor extremitas

Directe conclusio  
modo 14

Indirecte con-  
cludentes sunt quinque modi

**O**mnis porro syllogismus, ut ex tribus  
terminis, ita ex tribus quoq; constat, p  
ositionibus. Quarum quidem prima,

maiор ppositio, secunda minor, tertia conclusio  
appellat. Maior item & minor, communī nos  
mine præmissæ quoq; dicunt. Cæterū ex tri-  
bus terminis neuticq; tres ppositiones fieri pos-  
sunt, immo ne duæ quidē, nisi singuli his suman-  
tur. Ex his igitur, qui his sumuntur ante conclu-  
sionem ipsam non ingrediens, medium dici-  
tur, ut per quem extrema in conclusione con-  
nectuntur. Alterum autem alter maior extre-  
mitas, alter minor extremitas. Et maior qui-  
dem extremitas is terminus est, qui in ma-  
iori propositione cum medio sumptus, in  
conclusionē de minori extremitate prædi-  
catur: minor vero, qui in minori propo-  
sitione cum medio sumptus, maiori extre-  
mitati in conclusionē subhincitur. Atq; id quidē  
ita se habet in his syllogismis siue modis, qui

directim concludere dinoſcuntur, quos ab A-  
ristotele accepimus numero XIII. quib. quin-  
q; indirectim concludentes Boetius autumnat  
vel à Theophrasto, vel ab Eudemo adiectus,  
atq;

## TRACTATVS. V

Atq[ue] ita in summa esse decē & nouem. Ut ergo definitiones illorum terminorum omnibus illis modis ex æquo conueniant, dicamus maiorem quidem extremitatem eum esse terminū, qui cum medio in maiori sumitur propositio ne. Minorem vero, qui in minore. Cæterum is terminus qui bis sumitur ante conclusionē, & medium vocatur, si quidē subiectur in vna sumptarum propositionum, & in altera prædicatur, primam facit figuram: si in utrāq[ue] prædicatur, secundam: si vero in utrāq[ue] subiectur, tertiam.

QVID SIT FIGVRA, ET QVOT vnaqueq[ue] mōdos sub se contineat.

**Q**uod vero tres sint syllogismorum figurae, trium dispositio terminorum paulo ante facta, plane indicare possest. Vnde & ita figura à nonnullis definitur: Figura est trium terminorum secundum dispositam subiectiōnēm prædicationēmque ordinate nata dispositio. Harum autem vnaquaque plures & hos quidem certos sub se mōdos habet, ita ut modi ipsi sub figuris sint, perinde atque species sub suis generibus. Habet igitur prima figura sub se, autore Aristotele, mōdos quatuor, secunda item quatuor, tertia vero sex. Sed ut paulo supra meminimus, quatuor illis primitae figuræ modis, adiecti sunt alii quinque, velle essent illius figuræ nouē modi. In summa igitur modi sunt (ut dictū est) vnde uiginti, ex i

*per se syllogismi  
et per se modi*

## DE SYLLOGISMO CATEG.

Quibus omnibus priores quatuor primæ figurae modi perfectos nobis subministrant syllogismos, reliqui omnes imperfectos.

### QVID SIT MODVS, ET DE quibusdam regulis.

**H**inc iam ad modos ipsos paulatim veniendum est. Vnde etiam quid sit modulus definiendū prius, tum vero & certe quædam regulæ subiiciendæ, quippe que modis omnibus generatim inservire disnoscatur. Itaque modum hoc pacto definiunt quidam, Modus est ordinatio duarum propositionum in debita qualitate & quantitate. Potest quidem & ita definiri, & fortassis rectius: Modus est, tum sumptarum propositionum, tū ipsius conclusionis secundum qualitatem & quantitatem conueniens ordinatio. Porro autem quæ sit debita tum qualitas, tum quantitas ex ipsis tandem regulis, quæ hinc sequuntur discas licebit. Prima igitur regula est: In omni syllogismo oportet præmissarum aut alteram, aut utramque affirmatiuam esse. Secunda: In omni syllogismo oportet præmissarū aut alteram, aut utramque vniuersalem esse. Tertia: Si aliqua præmissarum fuerit negativa, & ipsa conclusio erit negativa. Quarta: Si aliqua præmissarum fuerit particularis, conclusio quoque particularis erit. Quinta: Medium conclusionem non ingredietur unquam.

### DE VOCABVLIS QVIBVSDAM

*modus quid*

*Alia definitio*

*præmissa regula*

*tertia*

*Quarta*

*Quinta*

TRACTATUS IV.

ad hanc rem inuentis.

C. folio. ad ipsoffidu.  
m premissar. hafra.  
rēver. s. p. accidens  
rēver. s. p. simpliciter

in modis re  
onuntur  
b r d f  
m/p/b  
si sit rēverio  
p. accidens

**I**nterim autē & hoc ipsum fortassis haud parum expedire videbitur, si priusq; modos ipsos aggrediamur, etiamnum apes viamus hoc loco breuiter, quis sit illorum vocabulorum ( quibus ad syllogismos prompte formandos utimur ) intellectus, quippe qd in his, quantum quidem ad hanc rem attinet, ars quasi latere videatur, vnde & artis vocalula appellari solent, vt alibi quoq; annotavimus. Sciendū itaq; quod post priores quatuor, primae figuræ modos, qui perfecti eundentesq; sunt, quicunque ex sequentibus aliquam harum quatuor consonantium b, c, d, f, incipit, si reduci haberet, vt euīdens scilicet et ipse habeatur, ad eum ex illis quatuor superioribus modum, cum quo principali litera couenit. Verum enim uero vt hæc ipsa reductio facilius accipiatur adiunctæ sunt aliæ consobrantes quatuor, c, m, p, s, quib. intelligi planè possit, quomodo reductio illa fieri debeat, utrum videlicet alicuius propositionis conversione, aut sumptarum propositionum transpositione, aut syllogismo ad impossibile ducente, qui conuersius à quibusdam esse creditur, id quod c litera ab his posita inuit, quemadmodum m premissarum indicat transpositionem, p & s propositionū conuersionem, p quidem, si per accidens cōuertere da est propositionis aliqua, s vero, si simpliciter.

Hij o. si simpliciter rēverio

A vniuersalē affirmatiā  
e vniuers. negatiā  
i particularis affir.

## DE PROPOSITIONE

o p̄t̄. m̄ḡ Porro per quatuor vocales his consonantibus paſſim interpositas, quatuor prōpositiōnum genera accipere debemus, videlicet per a vniuersalem affirmatiā, per e, vniuersalē negatiā, per i particularē affirmatiā, per o particularē negatiā. Quibus iam expeditis, modos tandem ipsos aggrediamur.

modi p̄t̄ signi  
directi & indirecti  
**DE MODIS PRIMAE FIGVRAE.**  
**P**rima igitur figura nouē habet modos,  
vt dictū est supra, sed ex his priores quidem quatuor, directim, sequentes vero quinque indirectim concludere probantur. Sa-  
directi & indirecti directim concludere modus tunc dicitur, cū maior extremitas de minore in conclusio-  
ne prædicatur. Indirectim vero cōtra, cū mi-  
nor de maiore. His ita præmissis cognitissimis superest ut vñūquęc modorū deinceps suo ordine definiamus. Itaque primus modus est, in quo, datis tribus terminis, conficitur syllogismus ex duabus vniuersalibus affirmatiis, vniuersalem affirmatiā directim concludēs. Terminī quidē sunt, animal, substātia, homo: vt om̄e animal est substātia, & omnis homo est animal, igitur omnis homo est substātia, Vocabulum autem artis, barbara. Secundus autem modus est, in quo, datis tribus terminis, conficitur syllogismus ex vniuersali negatiua maiori, & vniuersali affirmatiua minori, vniuersalem negatiā directim concludēs.

modi p̄t̄ signi  
barbara  
Secundus modus  
celavōt

al utroque primus et quartus prima secundus in tertium et quartus in  
secundus quartus in prima reditur impossibile.

## TRACTATVS V.

Termini quidem sunt, animal, homo, lapis: ut  
nullum animal est lapis, omnis autem homo  
est animal, nullus igitur homo est lapis. Vocabu-  
lum autem artis, celarent. Tertius modus est, in quo, datis tribus terminis, confici-  
tur syllogismus ex uniuersali affirmativa mai-  
iore & particulari affirmativa minore, particu-  
larem affirmativa directim concludens. Ter-  
mini quidem sunt, animal, substantia, homo:  
ut omne animal est substantia, & quidam ho-  
mo est animal, igitur quidam homo est substanc-  
tia. Vocabulum autem artis, darij. Quartus  
modus est, in quo, datis tribus terminis, confi-  
citur syllogismus ex uniuersali negatiua mai-  
iore, & particulari affirmativa minore, parti-  
cularem negatiua directim concludens. Ter-  
mini quidem sunt, animal, homo lapis, ut nul-  
lum animal est lapis, quidam autem homo est  
animal, igitur quidam homo non est lapis. Vo-  
cabulum autem artis, ferio.

SEQVVNTVR MODI INDIRE, modi prie signi-  
ctim concludentes. quare et nolam

**Q**uintus modus est, in quo, datis tribus terminis, conficitur syllogismus ex duabus uniuersalibus affirmatiuis, particularem affirmativa indirectim concludens. Termini quidem sunt, animal, substantia, homo: ut omne animal est substantia, & omnis homo est animal, igitur quidam substantia est homo. Vocabulum autem artis, baralipson. Et re-

*reductio qm̄ modi  
primo p̄m̄*

## DE SYLLOGISMO CATEG.

*primo p̄m̄*

ducitur hic modus ad primū huius figuræ modū, cōclusione illius per accidens conuersa. Sextus modus est, in quo, datis tribus terminis, conficitur syllogismus ex vniuersali negatiua maiori, & vniuersali affirmatiua minore, vniuersalem negatiua indirectim conclusdens. Terminī quidem sunt animal, homo, lapis: ut Nullū animal est lapis, omnis autē homo est animal, nullus igitur lapis est homo.

*vniuerso būtū  
ad scdm̄.*

*Sep̄m̄  
dabit̄s*

Vocabulum autē artis, celantes. Et reducitur hic modus ad secundū huius figuræ modū, cōclusione conuersa simpliciter. Septimus modus est, in quo datis tribus terminis, conficitur syllogismus ex vniuersali affirmatiua maiori & particulari affirmatiua minore, particularem affirmatiuam indirectim cōcludens. Terminī quidem sunt animal, substantia, homo: ut omne animal est substantia, & quidam homo est animal, igitur quēdam substantia est homo. Vocabulum autē artis, dabitis. Et res.

*Octauis  
sap̄m̄*

Educitur hic modus ad tertium huius figuræ modū, conclusione cōuersa simpliciter. Octauis modus est, in quo, datis tribus terminis, conficitur syllogismus ex vniuersali affirmatiua maiore, & vniuersali negatiua minore, particularem negatiua indirectim conclusdens. Terminī quidem sunt animal, substantia, lapis: ut omnis animal est substantia, nullus autem lapis est animal, quēda igitur substantia non est lapis. Vocabulum autē artis, sap̄m̄. Et reduc-

# TRACTATVS V.

reductio ostendit  
ad quartum prae

Citur hic modus ad quartum huius figuræ mo-  
dū, maiore per accidens, & minore simpliciter  
conuersa, ac insuper præmissis transpositis.

Nonus modus est, in quo, datis tribus terminis,  
nis, conficitur syllogismus ex particulari affir-  
mativa maiore, & vniuersali negatiua mino-  
re, particularē negatiuam indirectim conclus-  
dens. Terminī quidē sunt, animal, substātia la-  
pis: ut quidā lapis est substātia, nullum autem  
animal est lapis, quædā igitur substātia non  
est animal. Vocabulū autē artis, frisemorū.

Et reductio hic quoq; modus ad quartum hu-  
ius figuræ modum, vtraq; præmissa simpliciter  
ter conuersa, insuperq; transposita.

## DE MODIS SECUNDÆ FIGVRÆ

Secunda vero figura modos habet quas  
tuor: quorū primus est, in quo, datis tri-  
bus terminis, cōficitur syllogismus ex vni-  
uersali negatiua maiore, & vniuersali affir-  
mativa minore, vniuersalē negatiuā directim  
concludēs. Terminī quidē sunt, lapis, animal,  
homo: ut nullus lapis est animal, omnis autē  
homo est animal, nullus igitur homo est lapis.  
Vocabulum autem artis, cesare. Et reduci-  
tur hic modus ad secundū prime figuræ mo-  
dū, maiore simpliciter conuersa. Secundus  
modus est, in quo, datis tribus terminis, con-  
ficitur syllogismus ex vniuersali affirmatiua  
maiore & vniuersali negatiua minore, vni-  
uersalem negatiuam directim concludens.

## DE PROPOSITIONE

Termini quidem sunt, animal, homo, lapis, ut  
omnis homo est animal, nullus autem lapis est  
animal, nullus igitur lapis est homo. Vocabu-  
lum autem artis, cameltres. Et reducitur hic  
quocumque modus ad secundum primae figure mo-  
dum, minore simpliciter conuersa, ac insuper  
præmissis transpositis. Tertius modus est, in  
quo, datis tribus terminis, conficitur syllogismus ex  
vniuersali negatiua maiori, & particu-  
lari affirmatiua minori, particularē negatiua  
directim concludens. Termini quidem  
sunt, lapis, animal, homo: ut nullus lapis est  
animal, quidam autem homo est animal, igitur  
quidam homo non est lapis. Vocabulum  
autem artis, festino. Et reducitur hic modus ad

Quartus modus primæ figuræ modū, maiore simili-  
citer conuersa. Quartus modus est, in quo, da-  
tis tribus terminis, conficitur, syllogismus ex  
maiore vniuersali affirmatiua, & minori par-  
ticulari negatiua, particularē negatiuam direc-  
tim concludens. Termini quidē sunt, homo,  
animal, lapis: ut omnis homo est animal, qui-  
dam autem lapis nō est animal, quidam igitur la-  
pis nō est homo. Vocabulū autem artis, baroco  
Et reducitur hic modus ad primū primæ figu-  
re modū, syllogismo ad im possibile ducente.

## DE MODIS TERTIAE FIGVRAE.

primū datur  
davapti  
reductio ad tertium primum

**S**equitur tertia figura, quæ modos sex ha-  
bet. Primus ex his modis est, in quo, da-  
tis tribus terminis, cōficitur syllogismus

## TRACTATVS. V.

ex vniuersali affirmatiua maiori, & vniuersali negatiua minori, particularem affirmatiuam directim concludens. Termini quidem sunt, homo, animal, substantia: ut omnis homo est substantia, & omnis homo est animal, igitur quoddam animal est substantia. Vocabulum autem artis, darapti. Et reducitur hic modus ad tertium primae figuræ modum, minore per accidens conuersa. Secundus modus est, in quo, <sup>Berindg certe</sup> datis tribus terminis, conficitur syllogismus ex <sup>felapto</sup> vniuersali negatiua maiori, & vniuersali affirmatiua minore, particularem negatiuam directim concludens. Termini quidem sunt, homo, substantia, lapis: ut nullus homo est lapis, ois autem homo est substantia, igitur quædā substantia non est lapis. Vocabulum autem artis, felapton. Et reducitur hic modus ad quartum, primæ figuræ modum, minore conuersa per accidēs. Tertius vero modus est, in quo, datis <sup>tertius vero</sup> tribus terminis, conficitur syllogismus ex particulari affirmatiua maiori, & vniuersali affirmatiua minori, particularem affirmatiuam directim concludens. Termini quidem sunt, homo, animal, substantia: ut quidā homo est substantia, & omnis homo est animal, igitur quoddam animal est substantia. Vocabulum autem artis, disamis. Et reducitur hic modus ad tertium primæ figuræ modum, maiore pariter & conclusione conuersa simpliciter, ac insuper præmissis trāpositis, Quartus modus est, in quo,

*Quartus tertius* DE SYLLOGISMO CATEG.

*Datis* tribus terminis, conficitur syllogismus.  
*reductio* ~~frat~~ ex vniuersali affirmatiua maiori, & particula-  
*tertii primi* ri affirmatiua minori, particularem affirmati-  
uam directim cōcludens. Termini quidē sunt,  
homo, substantia, animal: ut omnis homo est  
substantia, & quidam homo est animal, igitur  
quoddam animal est substantia. Vocabulum  
autem artis, datif. Et reducitur hic modus ad  
tertium primae figuræ modum, minore con-  
uersa simpliciter.

*Quintus tertius* bernardo de  
*reductio* ~~frat~~ ad ex pariculari negatiua maiore, & vniuersali  
*primi primi* affirmatiua minore, particularem negatiuam  
directim cōcludens. Termini quidem sunt, ho-  
mo, animal, lapis: ut quidam homo non est la-  
pis; omnis autem homo est animal, igitur quoddam  
animal non est lapis. Vocabulum autem artis, bo-  
cardo. Et reducitur hic modus ad primum pri-  
mæ figuræ modum, syllogismo ad impossibili-  
te ducente. Sextus modus est, in quo, datis tri-  
bus terminis, conficitur syllogismus ex vni-  
uersali negatiua maiore, & particulari affirma-  
tiua minore, particularem negatiuam directim  
concludens. Termini quidem sunt, homo, ani-  
mal, lapis: ut nullus homo est lapis, quidam autem  
homo est animal, igitur quoddam animal non est la-  
pis. Vocabulum autem artis, ferison. Et reducitur  
hic modus ad quartū primę figurę modū, mi-  
nore simpliciter cōuersa. Et de modis quidem

*Sextus tertius* ferison  
*reductio* ~~frat~~ ad  
*quartū primū* haſtenus,

DE TRACTATVS V.

DE QVIBVS DAM REGVLIS

specialibus, tum quid commune omni  
bus cuiuslibet figuræ modis, &

regulae spen:  
qd cuiq; figuræ proprium.

**I**Gitur post definitos modos, præter iam di-  
ctas regulas, aliæ restant magis speciales, ni-  
hilominus ipsis modis iuseruientes, vt que  
veluti corollaria quædam ex tribus expositis  
figuris eductæ videri possint. Quarum quidē  
prima est: In prioribus quatuor primæ figure <sup>prima</sup>  
modis, & in omnibus tertiae, si minor fuerit ne-  
gatiua, nihil sequitur. Secunda: In prioribus <sup>Secunda</sup>  
quatuor primæ figuræ modis, & in omnibus  
secundæ, si maior fuerit particularis, nihil se-  
quitur: Tertia: In secunda figura oportet alte-<sup>tertia</sup>  
ritram præmissarum esse negatiua. Quarta: <sup>Quarta</sup>  
In tertia figura conclusio semper erit particu-  
latis. Sane tum has, tum superiores illas regu-  
las Nicephorus Græcus autor, vt alia dicendi  
figura, ita & grauius & artificiosius comple-  
xus est. Cōmune est (inquit) oībus syllogisti-  
cis modis per tres dispolitas figuras, vt cōclu-  
sio deteriorem sequat̄ propositionē. Est aut̄ de-  
terior particularis vniuersali, & abdicatiua aiē-  
te, hoc est, negatio affitimatione. Atqui propri-  
um quidē primæ figuræ est, per modos saltem  
directos, maiore propositionē vniuersalē esse,  
& minorē semper affirmatiuā. Secundæ vero  
figuræ propriū est, maiore ppositionē vniuer-  
salē esse, minorē yō dissimilis ab illa qualitatē.

Alię regule

proprietas pri-

Alię figurę prop:

## DE SYLLOGISMO CATEG.

& colligere conclusionem semper negatiuam.  
*cavent figurae  
propositiones* Tertiæ porro figuræ proprium est, maiorem propositionem indifferentem esse, minorem vero affirmatiuam semper, & colligere cōclu-  
sionem semper particularem.

DE TRIBVS INSTRVMEN-  
tis, quibus imperfecti syllogismi ad  
perfectos reducuntur, breuis  
commemoratio.

*reductio in perfec-  
tos* **C**Um sint autem tria (ut supra diximus) instrumēta, quibus imperfecti syllogis-  
mi ad perfectos reduci possunt, nempe conuersio, præmissarum transpositio, & syllo-  
gismus ad impossibile ducens, de his paulo al-  
tius repetere hoc loco haud inutile fuerit, ne  
quicq[ue] pretermitatur, quod ad intellectum eo-  
rum quæ dicta sunt conferre quodāmodo pos-  
sit. Verum enim uero quia de horum primo,  
ut de conuersione, tractatu tertio satis (ut ar-  
bitror) à nobis est dictum, de reliquis duobus.  
hinc restat tractandum.

*de transpositione  
præmissarum* **D**E TRANSPOSITIONE  
præmissarum, & quot modis fiat.

**T**Ransponuntur præmissæ, quoties am-  
bæ locum mutant, ita ut ex maiore mi-  
nor, & ex minore vicissim maior fiat p-  
positio, quod aliquando quidem contingit, al-  
terutra, aut etiā utrachq[ue] ex ipsis conuersa. Quo  
sane modo idoneum reductionis instrumentū  
habetur, Aliquando vero absq[ue] alicuius cons-

## TRACTATVS. V.

uersione, verum hoc pacto haudquaquam inter instrumenta illa, de quibus nunc loquimur, cō numerari debet: quin potius aliam tum vim haber, nempe per quam in omni figura modi indirecti fieri posse probantur. Quo fit, ut tot modi esse possint indirectim concludentes, *tot modi, cō, regis  
figuram movere  
tot modi* quo sunt qui directim concludunt. Cui quidē sententiae illa Iacobi Fabri Stapulenī, regula sub scribit: Ad quascunq; præmissas aliqua sequitur conclusio, eadem ad easdem sequitur transpositas, id quod nunc exemplo tantum probare liceat, sicut hic syllogismus: Omne animal est substantia, & omnis homo est animal, igitur omnis homo est substantia. Huius namque syllogismi si præmissas transponas, ad easdem eadem continuo sequitur conclusio: ut omnis homo est animal, & omne animal est substantia, igitur omnis homo est substantia, quod certe & in omnibus modis necessario ita euenire etiam de monstrari posset, sed nunc non est hic locus.

### DE SYLLOGISMO AD IM<sup>s</sup> *Ad impossibile ducent.*

**P**er impossibile vero factus ostenditur syllogismus, quoties contradicatio ponitur conclusionis, & assumitur altera sumptarum propositionum, nota pariter & confessa, ex quibus deinde, nempe posita & assumpta, colligitur syllogismus alteram ab assumptione concludens, quæ quia manifeste falsa depræhenditur (quippe cuius contradictionia vera

## DE SYLLOGISMO CATEG.

per hypothesim extabat vna cum assumpta  
per eam alterutra perimenda venit præmissa  
rum, ut exempli gratia, sit factus syllogismus  
in primo primæ figuræ modo, omne animal  
est substantia, & omnis homo est animal, igitur  
omnis homo est substantia. Huius syllogismi si  
conclusio ipsa vel dubitetur, vel negetur pror  
sus, tunc sic contexo syllogismū ad impossiblē  
le ducentem: Quidam homo nō est substantia,  
omnis aut̄ homo est animal, igitur quoddam  
animal non est substantia. Atqui hæc quoniā  
manifeste falsa est, sequitur alteram præmissa  
rum falsam quoq; esse, non minorē quidē, qm̄  
& ipsa in altero syllogismo vera ex hypothe  
si concessa fuit, ergo maiorem. Quare eius cō  
tradictoria quæ erat, omnis homo est substan  
tia, vera est, & hæc nimirū cōclusio prioris syl  
logismi erat quod erat ppositū. Vnde & ex  
hoc etiamnū error eorū manifestat, qui per cō  
teram superius inter artis literas positā, signifi  
cari credentes syllogismum conuersium,  
eundem proinde illum existimare videntur  
cum syllogismo ad impossibile ducente, cum  
sint à se longe diuersi.

*syllogisti modi*  
**Q**VOD P R A E T E R P R A E D I  
ctos modos alij omnes magna ex  
parte asyllogisti habeantur.

**I**Nsuper & illud nunc quantum quidem ad  
definitos modos attinet, adiiciendum haud  
ab re puto, q; quicunq; modi contra prædi

## TRACTATVS. V.

teras syllogismorum formas siue leges fiunt,  
ordinanturq; omnes hi asyllogisti habentur.  
Siquidem hoc pacto contingere in ipsa conformatio  
nione, primum ex tribus datis terminis in sequitur  
terdum omni inesse postremo, interdum nulo  
li, hoc est, ut planius intelligatur quod dictū  
est, ex tribus terminis, seruata eadem forma,  
conclusionem colligi, nunc vniuersalem affir  
matiuam, nunc vniuersalem negatiuam. Atq;  
id quidem est, quemadmodum & in prioribus  
analyticis Aristoteles docet, dare terminos, in  
quibus om̄i, & in quibus nulli. At hoc ipsum *probat yeplo*  
nunc exemplis subiectis ostendamus. Con  
stituatur itaque syllogismus in prima figura,  
sintque termini in quibus omni, id est, vbi pri  
mus omni postremo inest, animal, homo, es  
quis: ut omnis homo est animal, & nullus es  
quis est homo, igitur omnis equus est animal.  
Alter rursus constituatur syllogismus, sintq;  
termini in quibus nulli, hoc est, vbi primus  
nulli inest postremo, animal, homo, lapis:  
ut omnis homo est animal, nullus autem las  
pis est homo, igitur nullus lapis est animal.  
Et vt hoc iam in vniuersalibus ostensum est  
propositionibus, ita & in particularibus osten  
dere licet, particularem colligendo conclusio  
nem, si quibus id ita placet. Ex quo manifestū  
evidit huiusmodi datorum terminorum cons  
textum inutilem prorsus esse, id quod & in se  
cunda et tertia figura simili modo ostendipotest,

## DE SYLLOGISMO CATEG.

quamq; in tertia haud ita omni ex parte sese habet. Cæterum ut huiusmodi terminorum faciliis habeatur inuentio, hæc à quibusdam traditæ regula est per disiunctionem: Accipiendi sunt tres termini quorum tertius ad reliquos duos se habeat, ut genus ad species, quæ sub ipso continentur, ut homo, equus, animal, vel ut extraneus, hoc est, disparatus ad utrumque, ut homo, equus, lapis, vel ut cuncte superior ad illos sint, qui & de se inuicem prædicentur, aut convertibiliter aut non. Conuertibiliter quidem, ut homo, visibile, substantia. Non conuertibili  
liter vero, ut homo, animal, substantia.

## DE ENTHYMEMATE.

**P**ostremo autem & de reliquis tribus argumentationis speciebus tractandū hic est, id quod initio huius tractatus ita polliciti sumus, atq; ex his primū de enthymemate dicendum. Enthymema itaq; est (quemadmodum & ab Aristotele definitur (ex ico bus & signis imperfectus syllogismus. Ex ictibus quidem, hoc est ex cōsentaneis & probabilibus, εἰκός enim græce præter alia, consentaneum quoq; significat latine & probabile. Cuiusmodi illud est, Diligere quæq; amantem se, & item illud: Omnem matrem suam diligere prolem. Ex signis autem, id est, ex necessarijs & probabilibus, ut est. Si quid cuilibet rei ad dictum fuerit, totū maius efficietur. Definitur & sic: Enthymema est oratio in qua non omnis

rogulæ  
disiunctione

topi evgu  
mūxiat

disiunctione

εἰκός

ex signis

Alia disiunctione

## TRACTATVS V.

omnibus positis propositionibus, festinata in fertur conclusio. Itaque in enthymemate altera semper deest propositio, vel propter breuitatem, ut propter notitiam praetermissa, quae tamen mente interim eius, qui ratiocinatur, concipitur: ut omne animal est substantia, igitur omnis homo est substantia. *Vnde & truncatus* <sup>Enthymema</sup> *syllogismus a quibusdam dicitur. Hinc a* <sup>proposito: amittitur</sup> *Iuuenale satyrico poeta dictum est de muliere impudica: Ne curtum sermone rotato Tors queat enthymema. Rotato, inquit, id est, celesti. Siquidem apud Græcos εὐθύμημα cogitat* <sup>εὐθύμημα</sup> *onem significat, qua certe nihil celerius.*

## DE INDUCTIONE.

*I*nductio, quæ græcis ἐπορών dicitur, hoc pacto definitur: *Inductio est oratio, per definitionem Ind.* quam a singularibus ad universalē fit progressio. Sane per singularia hoc loco intelligere debemus, non solum ea quæ simpliciter talia sunt, ut sunt individua, & numero differentia, verum etiam minus communia res pes eti ipsius universalis, quod ex ipsis per inductionem colligitur. Ab his enim plerumque universalē, conflatur, colligiturque, ut si quis velit ostendere omnem numerum esse duorum iuxta se positionum medium, id inductione probauerit, quoniam ternarius medius est binarij & quaternarij, & quaternarius item ternarij & quinarij, & ita deinceps: igitur omnis numerus est duorum iuxta se positionum medium.

## DE SYLLOGISMO, CATEG.

Eodem modo si probandū nobis fuerit, quod  
omnis virtus moralis in mediocritate con-  
sistit, dicemus hoc pacto: Fortitudo in medi-  
ocritate consistit, nempe inter audaciam & ti-  
miditatem, & liberalitas, inter auaritiam & pro-  
digalitatem, temperantia item & iustitia, om-  
*modum*  
*vis ut p̄t̄s.*  
nis igitur virtus moralis in mediocritate con-  
sistit. Vnde & inductio hanc præcipue vim ha-  
bere puratur, vt per eam de principijs scientia-  
rum aliquoties disputare cōtingat. Neque ve-  
ro cum inductione utimur, opus erit semper  
adīcere particulam. Et sic de alijs, vt Sophistæ  
solent, quandoquidem id inducent iam com-  
pertum esse debet, cætera similia esse his quæ  
sumpta sunt. Nam si Aristoteli credimus, qui  
singularium ignorat similitudinem, is non fa-  
cile inducat.

## DE EXEMPLO.

*definitio* **E**xemplum, quod à Græcis  $\tau\alpha\kappa\epsilon\delta\sigma\gamma\mu\alpha$   
dicitur, ita definiunt: Exemplum est, cum  
ex multorū collecta particularitate, ali-  
ud quiddam particularē ostenditur: vt si  
quis probare velit, rectores non esse sorte dan-  
dos rebus publicis, quoniam neq; nauibus, ne  
que curribus moderandis forte præponūtur  
rectores, sed qui arte & experimentis pluris-  
*Aba definitio*  
mum valent. Sunt qui ita definiant: Exemplū  
est, quoties vnum particularē per aliud proba-  
tur, propter simile quod in vtrōq; conspicitur.

## TRACTATVS. VI

ut si malum est Græcos cum Troianis bellige  
rari, malum quoque est Lacedæmonios cum  
Atheniensibus armis decertare.

### IN TRACTATVM

Sextum, præfatio.



## O S T H A E C

tractatū de syllogismo hypothetico aggressurus, ille  
Iud præfari in animo consti  
tui, q̄ tametsi demoda  
libus simul & hypothetis  
cis propositionibus tra  
ctatus à nobis institutus est, nempe quartus,  
id tamen haud ita vīsum est in eo facere tra  
ctatu, in quo de syllogismo hypothetico tra  
ctabitur, vt etiam de syllogismo ex modalitatib  
us in eodem tractetur, immo nec alibi usq̄  
in his tractatibus, non ob eam solam causam,  
q̄ nouitri adhuc huius artis tyrones nimirum  
alioqui grauarentur, sed q̄ illorum syllogismo  
rum, qui ex modalibus constituuntur, non ad  
modum frequens vīsus sit, vt etiam supra nota  
vimus. Accedit q̄ præter vnum Aristotelem  
nullus aliis ( quod scire potuerim ) de huius  
modi ex modalibus syllogismis quicq̄ scriptū  
reliquerit, nisi quantū Boetius in his labora  
uerit, idq̄ tamen magis Aristotelem ipsum ex  
m̄ 15 m̄ 15 kar  
m̄ 15 de syllogis  
m̄ 15 modali m̄ 15

## DE SYLLOGISMO HYPOT.

Cice. 1. de ponendo, q̄ institutum probando. In qua etiā  
Orat.lib. sententia Iacobum Fabrum Stapul. esse vi-  
de, virū profecto in omnibus disciplinis ex-  
Vitanda ē ercitatissimum, vnde & non parua mihi subit  
inq̄t, inge- admiratio de Aristotele ipso, cur in re non tam  
nij ostenta necessaria, etiam plus satis operosus fuerit, ni-  
tionisq; su si q̄ in hac præcertim arte ingenium sūtū osten-  
spicio. tare omnino voluit. Quapropter multi etiam

tam Græci q̄ Latini hoc animaduertentes,  
per compendia de hac arte scribere malue-  
runt, ne in hac discenda apud Aristotelem  
opus esset, toties noctesque diesq; insomnes  
ducere absque magno etiam fructu. Non ta-  
men negauerim hanc vnam artem necessariā  
admodum esse, ideoq; inuentam à maioribus  
nostris, vt sine qua error in studijs plerūque  
committeretur, qui cum alibi, tū maxime ca-  
uendus est, quippe q̄ hæc sola rerum rationes  
inuestigare doceat, atque de his ipsis disputa-  
re possit. Itaque qui in hac errauerit, vix in a-  
lijs erroris periculum euitare poterit. Nanque  
( vt Aurelius Augustinus autor est ) hæc so-  
la docet docere, docet discere, in hac seipsum  
ratio demonstrat atque aperit, quæ sit, quid  
velit, & quid valeat : sola item scientes non  
solum facere vult, sed etiā potest. Hæc ille, at  
nos hinc ad hypotheticos syllogismos transfe-  
amus.

## DE SYLLOGISMO HYPO- thetico quid sit.

## TRACTATVS. VI

definimmo syllogis.

**S**Yllogismus igitur hypotheticus ( vt à <sup>hypothetis</sup> Martiano Capella definitur) is est, cuius propositio plenum argumentū, & plenū i tem id, de quo quæstio est, continet, ita vt assumpto argumento, iam certum inferri posse sit, de quo quæstio erat, vt sit exempli causa quæstio, vtrū rhetorica sit vtilis. Itaq; volentes <sup>argumentū in</sup> eam vtilem probare, argumentū protinus <sup>definitione</sup> ab eius definitione commode capere possunt, quæ quidem est, bene dicendi scientia. Ex hac deinde vt argumento sumpto, & quæstione proposita, syllogismus hypotheticus ad hunc modum contexitur: Si rhetorica bene dicendi scientia est, vtilis est. Est autem rhes <sup>vtrū</sup> rhetorica quæstio. <sup>vtrū</sup> rhetorica bene dicendi scientia, rhetorica igitur vtilis est. In hac sane oratione cum prius proponitur, Si rhetorica bene dicendi scientia est, vtilis est, ac deinde assumitur, Est autem rhetorica bene dicendi scientia, tum qui haec duo cōcesserit, propositionem inquam & assumptio nem, is vel inuitus concedat oportet, rhetorica vtilem esse, id quod in quæstione propositiū erat, quod tantisper dubium erat, donec & propositio, & assumptio concederetur.

**EX Q. VIBVS CONSTET SYLLO**

gismus hypotheticus, & quantū ei conserat syllogismus categoricus.

A terum vt categoricus syllogismus in propositiones resoluitur, vt ex quibus constituitur, & propositiones rursus in

## DE SYLLOGISMO HYPOT.

*Hypothetici  
solnho.*

terminos, neque vterius resolutio procedit in his, ita hypothetici syllogismi in categoricos resolutio fit, quippe q̄ ex his ipse, ut ex sim plicibus constet compositus, cum præsertim prima eius propositio vim consequientiae ex simplicibus ( hoc est, categoricis ) capiat syllogismis. Prima nanc̄ hypothetici syllogismi propositio, si dubitatur an vera sit, prædictiuia demonstrabitur conclusione, hoc est, syllogismo prædicatiuo. Assumptio porro, quæ secunda huiuscemodi syllogismi pars est, in pluribus modis prædictiuia esse perspicitur, itemq; conclusio, veluti cum dicimus: Si rhetorica bene dicendi scientia est, utilis est, at qui rhetorica bene dicendi scientia est, hic assumptionis prædictiuia, id est, categorica est: si quæratur, hoc est, in dubitationem trahatur, ipsa quoq; prædicatiuo probabitur syllogismo. Hinc si demū inscratur, rhetorica igitur utilis est, & haec ipsa prædictiuia est, atq; facti syllogismi conclusio: utpote quæ ad assumptionē probatam necessario consequitur, nam si rhetorica bene dicendi scientia est, cur non & utilis ipsa erit? Præterea si hypothetica propositio ex categoricis iungitur, & ex his fidem capit, simul & ordinem partium consequitur, necesse est categoricos syllogismos hypothetico vim conclusionis administrare.

DE PARTIBVS SYLLOGISMORVM

siue ex quot partibus syllogismi cōstent.

## TRACTATVS VI.

*On propositiis syllogistis  
in tertio*

**S**yllogismos autem tam categoricos q̄ hys spotheticos, alijs quinque, alijs quatuor, alijs tribus constare partibus arbitrantur, quos rum contiouersia Boetius ad hunc modū dijū dicat atq̄ discernit: Quoniam omnis ( inquit) syllogismus ex propositionibus texitur, pris <sup>proposito syllo</sup>ma uel propositio, vel sumptum vocatur: sed cuncta vero assumpta, siue assumptio dicitur. Ex his quæ tertia infertur, conclusio nuncipatur: ut cū dicimus, Si homo est, animal est: homo autem est, animal igitur est. Ea quidem enuntiatio, per quam dicimus, Si homo est, animal est, propositio vel sumptum vocatur: Ea vero quam huic adiunximus, quæ quidem erat, Est autē homo, assumptio siue assumptū dicitur. Tertia autē ab his, conclusio appellatur, vt per quam ostendimus animal esse, si hō fuerit. Eadem sane & in categorico syllogismo ipsarum partium & ratio est & ordo. Sed quoniam s̄epe euenit, vt propositio ipsa non sit verisimilis, ei tum adiungitur approbatio, per quam id quod propositū est, verum esse monstratur. Assumptio quoq̄ se penumero ad fidem per se <sup>syllogismo q̄n m</sup> non videtur satis idonea, idcirco huic quoque probationis iuuamen adiungitur, vt vera es se intelligatur. Quo sit, vt s̄epe quinque partes, s̄epe quatuor, interdū tres solum ipsos syllogismos habere contingat. In qua quidem sententia M. Tullius esse deprehenditur, qui in rhetoriciis syllogismos quosdam quinq̄ par

## DE SYLLOGISMO HYPOT.

titos, quadripartitos alios, & nonnullos tri-  
partitos esse confirmat. At vero quibus ipsos  
rū syllogismorū nō placet partes ultra terna  
riū numerū propagari, hi propositionum atq;  
assumptionum probationes non putant inter  
syllogismi partes ponendas esse, sed potius il-  
larum, cū dubiē sunt, fulcimēta quedā haberi.

*gelojo Boetij  
er sententia Boetij  
et abz. 10105*  
Quorum sane iudicio atq; sententiae Boetius  
et sententia Boetij  
et abz. 10105  
ipse manibus pedibusq; accedit: Vnde nostra  
(inquit) sententia his potius accedit, qui tribus  
partibus syllogismum constare dicunt.

## DE MODIS EX HYPOTHE- ticis propositionibus.

*Modus syllo-  
hypotheticus ad*  
**H**is ita præmissis, consequens est, vt ad  
modos hypotheticorum syllogismorū  
transeamus, quos certe, quantū hic eos  
definire liceat, dicere possumus ipsorum syl-  
logismorum formas, & veluti præscriptas le-  
ges. Sciendū autem q; tametsi innumeri pro-  
pemodum huiuscmodi modi sunt, qui ex hy-  
potheticis conficiuntur propositionibus, vt  
de quibus Seuerinus Boetius latissime dispu-  
tat duobus libris, nos tamen ex his paucos de-  
ligere statuimus, propterea q; eorum usus nō  
parum frequens habeatur. De reliquis autem  
admonuisse tantum, sat erit, vt si cui cognos-  
scendi eos cupido incesserit, is Boetium in pri-  
mis aeat. Sed nunc ex his primum definia-  
mus.

PRIMVS MODVS.

*Si homo est, animal est.*

## TRACTATVS. VI.

**P**rimus igitur modus est, cum in conditi<sup>o</sup>nali propositione, assumpto eo quod præcedit, ostendimus id quod sequitur, ita necessario esse, ut est in connexione propo-  
sitionis, ut si homo est, animal est, atqui homo est, animal igitur est. Hic antecedens homo est, proponitur veluti dubium, cum dicitur. Si ho-  
mo est; assumitur deinde ut argumentum, cū absc<sup>i</sup> conditione repetitur, Atqui homo est.  
Quod si parte ex altera annexum siue conse-  
quēs assumamus, atq<sup>ue</sup> dicamus, est autem ani-  
mal, haudquaquam de necessitate evenit hominē  
idcirco esse. Inueniuntur autem certi termini, *c. evn terminij*  
in quibus pereque valet assumptio, siue præce-  
dens, siue subsequens, assumatur, ut in homi-  
ne atque risibili. Nam ut recte sequitur, Si ho-  
mo est, risibile est, ita recte quoq<sup>ue</sup> sequitur, si as-  
sumatur hoc modo: Atqui risibile est, igitur  
homo est. Sed in his hæc est consequentiæ cau-  
sa, quia homo & risibile æqui sunt termini, at-  
q<sup>ue</sup> idcirco uno posito, alterum comitari est ne-  
cessere. Verum quia hoc in omnibus non ita se  
habet, idcirco non recipitur firmum & stabile,  
sed magis improbatur, ut incertum, & minis-  
me constans.

## SECUNDVS MODVS.

*Ecundus modus*

**S**ecundus vero modus est, cum in conditi<sup>o</sup>nali, opposito consequentis assumpto,  
aufertur id quod antecesserat, hoc modo:  
Si homo est, animal est, non est autem animal.

## DE SYLLOGISMO HYPOT.

*discretio sors  
dissimilatio*  
igitur homo non est. Quod si contra hominem esse negemus, non tollitur proinde quod conexum est, ut si dicamus, non est autem homo, non iam continuo sequitur, animal non esse. Atque idcirco hic modus a consequentibus appellatur, quemadmodum qui hunc praecedit, ab antecedentibus dicitur. Quare & hi duo modi a recentioribus ita distinguntur, ut prior quidem dicatur a positione antecedentis, sequens vero a destructione consequentis. Ceterum ut utroque modo ex data conditionalia partibus affirmatiis firma vbiq; sententia probatur, ita eadem consequentiae vis erit, si negationes eius partes fuerint, ut si animal non est, homo non est, non est autem animal, igitur homo non est. Item, si animal non est, homo non est, atque homo est, animal igitur est.

## DE QVADAM ARGUMENTATIONE CONTRA SECUNDI MODI REGULÄ FACTA EX THEMISTIO.

*Aristoteles  
Argumentatio*  
**H**ic iam obieciet aliquis fortassis nobis Aristotelem ipsum, qui in proemio libri de anima, tali contra prescriptam secundi modi formam (ut videtur) usus est argumentatione: Si quod est animae (inquiens) proprium opus, potest contingere, ut ipsa a corpore seorsum sit: Si vero nullum est opus animae proprium, contingere non potest, ut a corpore seorsum maneat, subsistatue. Sane hanc argumentationem sunt qui ob id calumniant

## TRACTATVS. VI.

tur, reprehendantq; ceu minus firmam, mis-  
nusq; dignam tanto philosopho. Calumnia  
autem huiusmodi est: Oportebat, inquiunt, ac  
cepto consequentis opposito, ita tollere demo-  
liriq; antecedens. At hic contrarius ordo serua-  
tur. Verum hanc calumniam (si qua tamen di-  
ci meretur) Themistius haud dubie nobilissi-  
mus peripateticus subtilissime dissoluit ac dis-  
luit: Vnde quicunq; (ait) tā male animati sunt,  
vt hēc quae in dialectica atq; in exercitio argu-  
tiarum iactata, & prompta omnibus sunt, igs  
norasse Aristotelem putent, hi plane ignoran-  
tissimi videntur. Namq; verbum illud potest  
contingere (quo q̄uidem Aristoteles in sua or-  
ratione utitur) non necessariam; sed possibile  
& contingentem connexionem habet, in quo  
genere non oportet, vt abolito consequente,  
aboleatur & antecedens, id quod omnino ita  
euénit, quoties necessaria connexionē est. Sed hic  
in contrarium obseruatio est, vt scilicet aboli-  
tio antecedētis aboleat cōsequens. Cui rei cau-  
sam idem autor huiusmodi affert: Semper em  
(inquit) id quod contingenter sequitur, tanq;  
pars sit antecedentis, propterea quod quādō  
que accidit, quandoque non accidit. Ita qui an-  
tecedens interēmit, totum interēmit. Toto au-  
tem sublato, consequens est parti quoque ab-  
olitionem afferri. Hinc & ab eodem autore ali-  
ud haud dissimile proponit exemplū, quod  
rāle est: Si animal est, quod procul ad nos

## DE SYLLOGISMO HYPOT.

accedit, potest contingere ut sit equus, igitur si animal non est, nec ut equus sit contingere potest. Quo sit, ut inscitiae potius illi arguedi sint, qui talem argumentandi formam, ut minus sanam cauillantur, et non Aristoteles ipse, qui rectissime ita argumentatus est: Hec ita ex Themistio, quem Hermolaus Babarus aetate nostra latinitate donauit, vir utique impense eruditus.

### TERTIVS MODVS.

*A repugnantibus* **T**ertius deinde modus est, qui appellatur a repugnantibus, in quo demonstratur non posse simul hoc esse & illud. Fit autem quoties connexae propositiones affirmatiæ antecedens astruitur, ut consequens tollatur. Quod certe ideo ita evenire manifestum est, quod huiusmodi propositiones ex repugnantibus, aut ex contrariis constent partibus. Ex repugnantibus quidem, ut non si dies est, nox est: at qui dies est, nox igitur non est. Ex contrariis autem, ut non si sanum est, ægrum est, at qui sanum est, non est igitur ægrum. In quibus syllogismis propositiones sumptæ huiusmodi sunt, ut impossibile sit, si antecedens est, consequens esse. Itaque cum ita proponitur, non si dies est, nox est, huius propositionis sensus hic est, non recte sequi, si dies est, ut nox sit. **Dicitur** est autem ex repugnantibus, aut ex contrariis, quoniam quæ aliter se habent, syllogismum ad hunc modum nullum constituunt. **Quapropter**

*vnde quare sic  
modus ex contrariis  
est ut*

## TRACTATVS VI.

ter haudquacque recipiendus est hic syllogismus,  
non si homo est, album est, est autem homo,  
igitur album non est, quando nec repugnantia  
sunt inter se homo & album, nec contraria. Fit  
item & hic modus aliquoties, cum inter alteru  
tram connexæ propositionis partem, negatio  
interponitur, atque ea ipsa rursus denegatur, ut  
sit propositio, si animal non est, homo est, hæc  
repugnans est, & ob id falsa. Fit autem vera, si  
negatio huic adiunctatur, hoc modo: Non si ani  
mal non est, homo est. Huius quippe proposi  
tionis hæc est sententia, Si animal non sit, fieri  
non posse ut sit homo. Ea igitur concessa, assu  
mimus protinus hoc modo. Atqui animal nō  
est, ac deinde concludimus, igitur homo non  
est. Similiter vero si ita proponatur, Si homo  
est, non est animal, que & ipsa falsa est, propter  
partium inter se repugnantiam, quare si & hu  
ic deinde negatio apponatur, vera fit hoc mo  
do, Non si homo est, non est animal. Nam &  
huius sententia est, si homo sit, non posse fieri  
ut non sit animal. Itaque ea concessa, talis conte  
xitur syllogismus, non si homo est, animal nō  
est, atqui homo est, animal igitur est. Rursus <sup>propositio ex vtriusque partibus negatione</sup>  
autem sit propositio ex vtriusque partibus ne  
gatiuis: Si non est dies, non est nox, quæ idcirco  
quod partes eius inuicem repugnant, falsa  
est. Fit autem vera, si adiungamus negationē,  
hoc modo: Non si est dies, non est nox. Huius  
quoque propositionis sensus est talis, quod si

## DE SYLLOGISMO HYPOT.

non est dies, esse nō potest quin nox sit. Vnde ea ipsa cōcessa, assumimus hoc pacto: Atqides nō est, & concludimus deinde, Est igit̄ nox.

### QVO PACTO TERTIVS

*Differetia tertij  
ordovis primorum*  
hic modus à superioribus duobus differat.

**E**X his porro colligere licet, quid intersit inter hunc tertium, & superiores duos modos. Sane inter ipsos hæc est diuersitas, quod in eo quidem modo, qui ab antecedētibus dictus est, ponitur antecedēs, ut id quod sequitur, astruatur: In eo vero qui à consequētibus appellatus est, perimitur consequens, ut id quod antecesserat, auferat. At vero in hoc tertio, qui dictus est à repugnantibus, neutrū horum seruatur. Siquidem neque antecedēs ponitur, ut quod sequitur, confirmetur: nec interimitur consequens, ut id quod præcesserat cuertatur, sed ponitur antecedens, ut interimatur consequēs. Quod ideo euenire dictum est, quoniam hic propositionis modus partes inter se continent repugnantes. Aduersum quippe est atque repugnans, quod dicitur, si dies est, non est lux: quare propositio hæc falsa est, quem tamen rursus negatiōe præposita fit vera, hoc modo: Non si dies est, lux non est. Atque consimilis est affirmationi, nempe huic, si dies est, lux est, quod & recte quidem euenire receptum est, quando scilicet affirmationem germinata facit negatio.

## TRACTATVS VI.

### QVARTVS MODVS.

Quavm  
ex disjunctiis

**Q**uartus modus est eorum, qui ex disiūctiis consistunt, syllogismorum. Sic autem cum datæ disiunctiæ propositionis antecedens in assumptione ponitur, ut quod consequēs est auferatur, hoc pacto: Aut dies est, aut nox est: atqui dies est, non est igitur nox. Item, aut sanus est, aut ægrotat, atqui sanus est, non ægrotat igitur. Hic vero si ita quispiam argumentetur, aut dies est, aut nox est, atqui dies est, nox igitur est. Ac rursus, aut sanus est, aut ægrotat, est autem sanus, igitur ægrotat. *ad folio 8ij recto* Talis proposito modus asyllogistus & incollectilis prorsus habetur. Nam in eo datæ disiunctiæ posita parte vna, non tollitur reliqua, qd utiq; repugnantib; natura requirit.

### QVINTVS MODVS.

Quintus

**Q**uintus autem modus est, cū id quod in disiunctiua propositiōe pr̄cesserat, in assumptione tollitur, ut quod sequit̄ur, affirmetur hoc modo: Aut viuit, aut mortuus est: non uiuit autē, mortuus igitur est. At hic quoq; asyllogistus fit & incollectilis, quoties datæ disiunctiæ vna sublata parte, tollitur simul & reliqua, ut aut viuit, aut mortuus est, non viuit autē, igitur non est mortuus.

### SEXTVS MODVS.

Asyllogistus

**S**extus vero modus est, in quo, duobus sper disiunctionem propositis, ostenditur si vnum sit, nō posse simul esse & reliquū.

*Quodammodo ex  
qno sit*

## DE SYLLOGISMO HYPOT.

*Primo*

Fit autem ex disiunctiua in copulatiuam mutata, addita videlicet negatione, id est modis duobus: Primo, cum propositionis datæ antecedens ponitur, ut tollatur consequens, hoc modo: Non & dies est, & nox est, sed dies est, non est igitur nox. Item, non er prudens est, & ineptus: atqui prudens est, ineptus igitur non est. Secundo, cum propositionis datæ antecedens tollitur, ut consequens ponatur, hoc modo: Non & dies est, & nox est, sed dies non est, igitur nox est. Sane tertius hic ex disiunctiuis modus consimilis ei est, qui ex propositionibus conditioinalibus tertius est positus, praeterquam quod in illo propositio cum conditione, in hoc sine conditione proponitur. Verum & hoc amplius hic obseruandum, ut tam repugnantia, & contraria, ita sibi repugnent atque contraria sint, ut posito uno interimatur alterum, & uno interempto alterum ponatur. Quare locutiones huiusmodi. Aut perijt, aut literas docet: item. Aut cucurbitę florem, aut ipsam cucurbitam, & alię pleracę, quae apud Græcos olim in puerbia cessere, consuetudine atque ipso euentu magis receptae fuerunt, quam veritatis constātia, de quibus & alijs pene innumeris Erasmus noster in opere adagiorum non tam copiose, quam fructuose eleganti narratiōe perscribit, ut profecto hac nostra ætate extra oēm ingēnij aleam positus, ut Plinius verbis utar, qui hoc sua ætate M. Ciceroni tribuit verissime.

*Sernd*

*Objevisa*

*Lunt Erasmi*

Ex præ-

## TRACTATVS VI.

lorensi Epilogi

Ex predicitis autem sequitur, copulatiuam ne  
gatiuam æquipollere disiunctiuæ affirmatis  
uæ ex eisdem partibus, sed sibi contradicentis  
bus, verbi causa, hanc, non & dies est, & nox  
est, huic, aut non est dies, aut non est nox.

### CVR EX COPVLATIVIS

non fiant syllogismi.

**I**Am vero mirabitur fortassis quispiam, quod  
causæ subsit, quod cum tres sint superius polis  
tæ hypotheticarum propositionum species  
es, & ex conditionalibus quidem, & disiuncti  
uis certi syllogismorū modi à nobis iam pre  
scripti sint, nullos præterea subiungiamus, qui  
bus ex copulatiuis perinde syllogismi fierides  
monstrentur. Huius sane rei hanc esse causam  
arbitror, quod quæ hypotheticæ proprie dicuntur,  
huiusmodi sunt, vt in his conditio aliqua  
vel exprimatur, vt in eis, quæ peculiari nomis  
ne conditionales appellantur, vel subintelliga  
tur, vt in disiunctiuis, nam cum ita proponitur,  
aut dies est, aut nox est, hæc eadem propositio  
cum conditione nihilominus pronuntiari pos  
test, hoc modo: Si dies est, nō est nox, vel si nō  
est dies, nox est. Itaque per has, necesse esse aliquid  
neque non esse, simpliciter significatur, sed aut il  
lud esse si hoc fuerit, aut quoties vnum fuerit  
non posse simul & aliud esse. Vnde & in his  
consequentiae vis inesse quoque perspicitur. At  
vero quæ copulatiuæ dicuntur, vt non veræ  
hypotheticæ sunt, ita nec in his consequentiæ

K

## DE SYLLOGISMO HYPOT.

Vis vlla depræhenditur, quæ nimirū facit pōtissimum ut ex propositionibus hypotheticis hypothetici syllogismi struantur. Hypothetici tamen quoquomodo dici possunt, quatenus ex categoricis compositæ constant. Quare nec Boetius, etiam cum alias de syllogismis ex hypotheticis copiosissime tractet, ullos prescribit modos, iuxta quos syllogismi ex copula consequentia latius perinde fierent. Nec ipsis admodum pro formis ex ipsiusmodi eas consequentiae formas, quas vulgo ex copulatiis elicunt, ut à tota copulatiâ ad alteram eius partem, & item à destructione partis copulatiæ, ad destructionem totius, quæ licet necessariæ utique sint, utiles tamen non sunt. Ex copulatiis tamen teste fortassis argumentatio procedet, siue syllogismum voces siue aliam quamlibet argumentationis specie, quoties per hanc ex disiunctis ad cōiuncta p̄ce dimus, hoc est, quoties quæ diuisim prædicantur de subiecto aliquo, de eodem etiamnum cōiunctim dici posse probantur. Quod quia alio quando ita contingit, aliquādo vero minime, certæ ad hoc regulæ ex ipso Aristotele colliguntur, quibus id discernere liceat, quas proinde hic subiçere non grauabimur.

*Ex copulatiis q̄ uero minime probantur*  
SEQVNTVR TRES  
regulæ.

prima regula

**E**X his igitur prima regula est: Quæcunque diuisim secundum accidēs de aliquo prædicatur subiecto, aut alterum de altero.

## TRACTATVS VI.

hæc simul atque coniunctim de eodem prædi  
cantur minime. Cuius regulæ hanc reddit rati  
onem Aristoteles, quod videlicet vnum non  
faciant. Quare non recte sequitur. Socrates est  
albus, & Socrates est musicus, igitur Socrates  
est albus musicus. *explicatur*  
*me regula*  
accidens, quoniam sciens & grammaticus li-  
cer secundum accidens de subiecto aliquo dis-  
cantur, tamen alterum de altero non secun-  
dum accidens, sed per se dicitur: & proinde ut  
diuisim, ita & coniunctim de eodem prædicar-  
i possunt, vt Socrates est sciens, & Socrates  
est grammaticus, igitur & Socrates est sciens  
grammaticus. *comoda regula*  
diuisim de aliquo prædicantur, vt de subiecto,  
si id quod sequitur, in præcedenti includitur,  
ipsa de eodem simul, & coniunctim non præ-  
dicantur. Huius quoque regulæ hæc ab Aris-  
totele redditur ratio, quia committeretur vi-  
tium nugationis, vnde non recte sequitur, So-  
crates est homo, & Socrates est animal, igitur  
Socrates est homo animal. Siquidem in homi-  
ne animal includitur. Nec sequit̄ ob idipsum:  
Socrates est grammaticus, & Socrates est sci-  
ens, igitur Socrates est grammaticus sciens.  
*terna regula*  
Tertia est, quæ ex his sequitur, regula: Quan-  
do aliqua de aliquo vt subiecto, seorsim, atq;  
diuisim prædicantur, idque neq; secundum ac-  
cidens omnino, neq; ex his posterius in priori  
directim continetur, hæc de eodem simul atq;

## DE SYLLOGISMO HYPOT.

coniunctim prædicantur, ut Socrates est ho-  
mo, & Socrates est albus, ergo Socrates est ho-  
mo albus. Item homo est animal, & homo est  
rationalis, ergo homo est animal rationale.

*De ratione  
consequentiæ*

## DE RATIONE CON- SEQUENTIÆ.

*Consequentiæ his*  
**P**ost hæc etiam de consequentiæ ratione  
haud absurdum fuerit hac in parte nōn i-  
hil adiçere, ppter ea, q̄ in superioribus se-  
pius in huius incidimus mentionem. Primo i-  
gitur dicendum est quid sit, deinde quomodo  
diuidatur, tertio regulæ quedā subiunctiæ sunt.  
Neq; vero ut vana res existimari debet conse-  
quentiæ vim posse intelligere, quoniam ad hoc  
summa totius dialecticæ tendit & utilitas. Sane  
hæc ex eo potissimum percipit, si cui recte uti cō-  
tigerit cōiunctione rationali ergo, siue igitur,  
aut si qua huiusmodi est, quæ alioqui (ut A/  
lexander Hegius dicere solebat) multum facet  
negotij studiosis huius artis hominibus. Por-  
ro hac ipsa recte uti poterit, quicunq; rei pro-  
bandæ tū causam, tū signū intellecterit. Ita em-  
res vna ab alia dependet, ut certus, pculdubio  
ordo aliquis in ipsa rerū natura esse intelligat.  
Id quod Seneca, inter Philosophos nō cōtem-  
nendus autor, primo naturaliū quæstionū li-  
bro his verbis, non tam diserte, q̄ grauiter ex-  
pressit: Oim (inquit) rerum certus ducit ordo,  
& alia alijs ita complexa sunt, ut quod antece-  
dit, aut causa sit sequentium, aut signum.

TRACTATVS VI.  
DE CONSEQUENTIA  
& eius divisione.

**C**Onsequentiam igitur hoc pacto quidam definiunt: Consequentia est oratio ex antecedente & consequente, suis quidem partibus constituta, quas rationalis aliqua co*onsequentiæ de-*  
iunctio connectit. Eam ita diuidunt, ut si bos *boni consequentiæ*  
na & mala consequentia. Et bona quidem ab bona quod  
his definitur, cuius si antecedens verum est, non  
potest esse quin consequens quoque verum sit  
ut homo est, igitur animal est. Mala vero, cum mala quod  
ius & si antecedens verum est, non est tamen  
necessere ut consequens verum sit: vt Socrates  
ambulat, igitur cœlum serenum est. Bonam *boni consequentiæ*  
rursus diuidunt in materialem & formalem.  
Verum qui Aristotelem potius sequuntur, quod  
barbaros sophistas, eam in necessariâ, & non ne  
cessariâ despescunt, ut sit tamen necessaria consequen  
tia, quam illiformalem vocant, non necessaria,  
quod materialis ab illis dicitur. Ergo formalis conse*formalis responsum*  
quentia est, quoties, datis quibuslibet terminis *alas necessaria*  
iuxta præscriptam aliquam argumentâdi formam, si antecedens verum est, & consequens  
esse verum necessere est. Cuiusmodi in primis  
sunt syllogisticæ consequentiæ omnes, &  
quæ ex ipsarum propositionum tum con  
uersione, tum æquipollentia eliciuntur, & si  
quæ alię his consimiles sunt. Materialis vero, *materialis responsum*  
quæ tametsi bona quidem est, tamen iuxta ea *non necessaria*  
andem similemque argumentandi formam fir

## DE SYLLOGISMO HYPOT.

ma vbiqe & constans non est, quales fere sunt dialecticæ argumentationes, & quæ per enthy memata, & cæteras argumentationis species constituuntur, nempe terminorum tm gratia, videlicet qui materiæ vicem præstant. Itaque materialis consequentia est, si hoc modo argu menteris: Cœlum volubile est, ergo cœlum ro tundum est. Quippe quod iuxta eandem formam ita argumentari licebit: Cœlum volubile est, ergo coelum stellatum est. Cæterū probabilitas in his ac confirmatio, ex locorū aliquo dia lecticorum peti solet, proficiunturqe.

SEQVNTVR DVAE REGV-

læ, tum instantia contra secundam, tum etiam quæ sit bonæ consequen<sup>tiæ</sup> proprietas.

*Prima regula* SEquuntur hinc regulæ duæ, quarum pri<sup>ma</sup> est: Si ad antecedens bonæ consequen<sup>tiæ</sup> sequitur consequens, ad oppositū consequentis oppositum sequitur antecedentis. Et oppositum quidem hic intelligo id, quod contradictorium dicitur. Cæterum ipsius regulæ tale sit exemplum, homo est, igitur animal est. Hic quia recte sequitur, homo est, igitur animal est, ad oppositum consequentis, quod est, nullum animal, recte quoque sequitur, igitur nullus homo est. Secunda regula: Quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentiæ, se quitur & ad eius antecedens, ut quia ad hanc, homo est, recte sequitur, igitur animal est, &

*Seconda regula*

## TRACTATVS VI.

ad hanc rursus, animal est, igitur substantia est,  
ad eandem idcirco, quæ erat, homo est, recte  
quoque sequitur, substantia est, ut sit, homo  
est, igitur substantia est. Sane has duas regulas  
ideo adiçere libuit hoc loco, quod vnaquaç  
harum per totam artem logicā principiū vim  
obtineat. Contra secundam tamen regulam <sup>vaho qmav hys</sup>  
huiusmodi sit instantia: Nam si quid necesse <sup>instantia redit</sup>  
est esse, illud quoque possibile est esse. Rursus  
autem, si quid possibile est esse, illud iam non  
necessere est esse. Igitur si quid necesse est esse, is  
dem erit non necesse esse, quod prorsus in-  
conueniens videtur. Sane huius difficultatis  
nodum, Theophrastus Græcus autor, vir vti  
que in omnibus disciplinis cōsummatissimus,  
dignus proinde q̄ in Aristotelis diatribam, ip-  
so etiam Aristotele id ita adiudicante, succedes-  
ret (vt autor est Aulus Gellius) ad hunc mo-  
dum soluit: Non omnino (inquit) idein est, <sup>dissolutio hys</sup>  
possibile esse, & non necesse esse, quod hoc ne-  
gatiuam speciem habeat, illud vero affirmati-  
uam, quamvis tamē eadem propemodum v-  
trobic̄ sit significationis vis. Itaq; affirmati-  
onem, quæ est, necesse est esse, non recte sequi-  
tur negatio, per quam aliquid non necesse esse  
proponitur. At de consequentia quidem quæ  
sit, & quæ bona, tum quæ necessaria, hactenus  
q̄ breuissime dictum sit. Bonæ præterea cōse-  
quentiæ id esse propriū obseruatum est, vt ex <sup>proprietas b o</sup>  
vero quidē non nisi verū sequat vñq; ex falso

DE SYLLOGISMO HYPOT.  
autem cum plurimum falsum, nonnunquam  
etiam verum.

IN TRACTATVM SEP-  
timum de demonstratiōne,  
Præfatio.



AEPIVS ME-  
cum reputauit, ac toties ad-  
miratione non parua cap-  
tus sum, quid cauſæ esset,  
cur bonus ille vir, qui cum  
in artem dialecticam tra-  
ctatus aliquot scribere co-  
stituisset, eosdem pro sua  
(ut videſt) opinione ira demū parauit, vt per  
eos ad Aristotelis logicā studiosi eius artis in-  
troducerent, nō id etiā tentauerit in eam huius  
disciplinæ partē, quæ demonstratiua dicit, ac  
per hoc omnīū potissima & est & habetur, etiā  
eorum iudicio, qui illorum tractatum auto-  
rem nō frigide, immo strenue (ne dicam super-  
stitione) ſectantur, cum tamen illud neq; graui-  
ori illius labore, neq; minori introducendorū,  
in hanc quoq; huius artis partem utilitate fieri  
potuisse conſtet, maxime q; pueri olim (quod  
utinam hodieq; obſeruaretur, omiſſis friuolis  
cauillationibus) ad philosophiam instituendi,  
in mathematicis disciplinis, ad quas compa-  
randas hac parte plurimum iuuamur, antea

## TRACTATVS VII.

exercebantur, & si non exacte, rudi saltem modo, quod & exempla passim per Aristo. libros dispersa disseminataq; indicare plane videntur. Vnde etiam in foribus Platonicæ diaatribæ scriptum legebatur. Nemo huc ingrediatur geometriæ expers, quo nomine simul & arithmeticæ intelligebatur. Sed ego iam causam ipsam vel olfacere videor, q; videlicet hæc pars dialecticæ visa sit illi haud quaq; idonea ad sophisticas captiunculas, & steriles ilæ nugas, quibus per id temporis, quo vir ille claruit, scholæ omnes atque literarij ludi non tam vacabant sedulo, q; strepebant acriter. At que interim (pro pudor) dum in his nugæ ilæ leuiuscumæ veluti imperiose docebantur, optimi quiq; bonarū artium autores in pluteis & sub scannis delitescebant, situ & puluere obdueti, et quod hoc etiam miserabilius est, esca blattis et tineis. In quorum subiere locū barbari paulatim, idq; fere in singulis artibus, ut verbi causa, in grāmatica Alexāder Galzlus, in dialectica Petrus Hispanus, in poetica Gāfredus Britannus, et in rhetorica Eberhardus quidam, qui etiam ob rem à se obscurius fortassis traditam, opusculum sūmū labyrinthi nomine inscripsit. Taceo Græcistam, Floristā, Cornutum, Alanum in parabolis, et cæteros huius farinę viros. Dij boni quos hic autores recenseo. Sed neq; defuere tamen interim, qui in mathematicis quoq; studijs operam suam

## DE DEMONSTRATIONE.

*Mathematica  
disputatio lxxv*  
nauarunt, quanquoniam non satis feliciter, neque pro temporū iniuria excusandi potius quod incusandi. Quæ quidem studia quoniā (vt paulo superius diximus) demonstrādi via, quæ utique certissima est, cōparantur in primis, de horum vtilitate pariter & dignitate, ex Seuerino Boetio acris haud dubie iudicij viro, paulo altius reperire liber, priusque institutum tractatum aggre<sup>re</sup> diamur. Talia (inquit ille) studia sunt ea, quæ mathematica dicuntur, vt si his careat diligens veritatis inquisitor, verum ipsum inuenire non possit. Quinimo sine hac veritatis speculatione nulli recte sapiendum est. Proinde qui hæc spernit. i. has semitas sapientiæ negligit, ei denuncio non recte philosophandū. Siquidem philosophia amor sapientiæ est, quæ certe in his spernendis, ante iam aliquis contempserit. Hæc ille. Quare cum hæc studia minime spernenda sint, nec, vía etiā, qua ad illa pergitur, negligenda erat. Hac igitur ratione persuasus, cum in cæteras dialecticæ partes tractatus certos, atque hos quidem introductorios parare instituerim, hanc quoque partem, hoc est, de demonstratione tractatum aliquid parandum duxi.

## DE QVADAM ALIA DIALECTI-

cæ diuisione, vt per quam tria potissima philosophiæ instrumenta colligantur, quæ sunt demonstratio, definitio, & diuisio.

## TRACTATVS VII.

Vemadmodum autē dialectica in duas breuissime partes diuidatur inueniens <sup>litteris</sup> unam, alteram iudicandi, superius à nobis expositum est, restat nunc (cuius & ipsa res iam nos admonet) ut ab eodem repetentes principio, aliam eius diuisionē agrediamur, qua & tripartita eius vis, siue facultas esse dinoſcatur, quae tamen secunda divisione priorē deſtituta eſſe, vt non debet, ita non potest. Diuilio autem hinc patet, nam cū dialectica ex M. Ciceronis ſententia diligens differendi ratio fit, qui fieri potest, ut non etiā ratio fit, tum definiendi tum diuindendi, tum colligendi. Id quod de definiendi facultate idem Cicero luculentissime præcipit I. Officio libro his verbis: *Omnis enim (inquit)* <sup>definitio</sup> quae à ratione ſuscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficiſci, ut intelligatur quid sit de quo disputetur. Haud ſecus & <sup>demonſtratio</sup> de diuisione ſentiendum eſt, quādo nec ſine ipſa diuinatione legitime procedere potest, quippe quae viam ad ipsam definitionem non tam parare, q̄ aperire videatur, ut ſequenti tractatu conuenienti exemplo oſtendemus. Maxime vero ad hanc ipsam artem pertinere probatur colligendi facultas, ex eo, q̄ quicquid in diuinationem affertur, collectione tandem aliqua consumatur perficiturq; idq; ſecundū triplicē diuerſitatē, quemadmodū & ſupra annotatiū eſt, nam aut ex proprijs & veris ac neſ <sup>complexio</sup> <sup>collectione</sup> <sup>prima</sup>

## DE DEMONSTRATIONE

*ista collectio*  
*tertia coll.*  
*compositum*  
*atque ratione*  
*interpretantur*

cessarijs huiusmodi collectio fit proceditq; &  
demonstratio appellatur: Aut ex cōmunitib;,  
& maxime probabilibus, & dialectica peculiari  
nomine dicitur: Aut ex captiosis & plane  
falsis, & sophistica.i. cauillatoria perhibetur:  
sed quæ tamen abiectissima despectissimaque  
totius logicæ pars est, vt quæ magis decepti-  
onem eius, cum quo disputatio desumpta est,  
moliatur, quam rei in disputatione propositæ  
probationē. Itaq; dialectica, quæ est differen-  
di peritia, tum de definitione, tum de diuisi-  
one, tum de collectione quoq; tractat, que qui  
dem si( vt debet) fit cum ratione, syllogismus  
græce dicitur, quippe συλλογὴ ἐν græce, rati-  
onari latine interprætatur, hoc est, cum rati-  
one colligere aliquid. Videlur enim verbum  
ipsum συλλογὴ compositum esse ex præposi-  
tione σὺν, quæ cum significat: & in composi-  
tione idem facit, quod con inseparabilis præ-  
positio apud latinos, & ex nomine λόγος, quod

præter alia multa, rationem quoque signifi-  
cat. Vnde & ars ipsa à veteribus peripateti-  
cis logica postea appellata est, quam antea  
& Stoici, et Plato dialecticam appellauerunt,  
vt qui angustius de ea tractauerint, quā peripa-  
tetici, vt à Boetio id memoriae proditum est.  
Logica igitur quasi rationalis scientia dicta  
est, non quidem( vt barbari nomen ipsum in-  
terpretantur, vt alia sere omnia insantissim-

## TRACTATVS. VII.

sed didissimeque ) etymologia adducta aliqua,  
 sed ex Gr̄corum potius consuetudine, qui ar-  
 tes et disciplinas possessoris ab aliquo deduc-  
 tis nominibus significari voluerūt, et his qui  
 dem s̄emini generis, subintellecto ( ni falsa  
 lor) artis nomine, quod Gr̄ce τέχνη dicitur,  
 quod utique s̄emini generis nomen est, ut  
 quod huic respondet apud nos ars.

## QVO PACTO INTER SE DVAS

dialecticæ diuisiones conueniant, aut

altera alteram contineat.

*de cognitione di-*

*missionis p̄t in emi-*

*di et ordinandi /*

*definītiōē ambi dīc*

*q̄*

**V**idendum nunc etiam, hę due diuisiones  
 qua nam se attingant cognitione. Nā  
 cum aliquid definitione explicare vos  
 lumen, genere in primis opus est, tum & differ-  
 rentijs, quibus id definitiendum est, ab alijs om  
 nibus distinguitur. Quas nisi prius cum ipso  
 genere iūxerimus, haudquaq̄ definitionē cons-  
 tituere poterimus. Inuentio igitur necessaria  
 ria est, si definitio perfici debeat. Similiter aus-  
 tem & cum quid diuidere in animo est, ea om  
 nia prius inuenire oportebit, quibus diuiso  
 ipsa perficiatur. Hęc autem sunt tum differentijs  
 invenientia, tum accidentia nōnunquam, ma-  
 xime vero inseparabilia & propria, iam vero  
 si inuentio absit, nec collectio vñquam vales-  
 bit, id quod in superioribus paulo latius ex-  
 plicauimus. Sed his omnibus nisi iudicium ac-  
 cesserit, frustra haud dubie aut definire quic-  
 quam, aut diuidere, aut colligere tentabimus.

*inventio necessaria*

*T definitate c̄*

*conferre*

*portat*

*12 mod. invenientia*

*portat*

*ad iudicium, p̄t sensu*

*negliguntur*

## DE DEMONSTRATIONE

Ergo an recte definitum quid sit, aut diuisum,  
aut collectum, iudicatio perpendit examinat  
*per dimisio de  
fundino et inchoate  
restituta remoda* que. Quo sit, ut prior logicę diuisio secundam  
quasi continere videatur, quia neque existere  
quicquam sine inuentione, nec internosci prae  
ter iudiciū potest. Sed nunc propositū exequa  
mur, & primū quid sit demonstratio dicamus.

## DE DEMONSTRATIONE QVID

*demonstratio qd* sit, tum etiam quid sit scire.

**D**emonstratio igitur ab Aristotele defi  
nitur, syllogismus faciens scire, hoc est.  
syllogismus per quem rei alicuius scien  
tia comparatur pariturq; quem proinde syllo  
gisinū. Aristoteles grēco verbo ἐπισκοπή  
appellat, quod verbū apud nos interpretari po  
test scientialis, si lingue vsus ferat, ἀπό της ἐπι  
σκοπή hoc est, à sciendo desflexū. Ab eodē prae  
terea scire quoq; definitur, rem per causam co  
gnoscere, propter quā res est, quatenus videli  
cet illius est causa, nec est possibile hoc aliter se  
habere. Sane cum multis alioqui modis scire  
dicatur, latius & pressius: latius quidē qualiter  
cumq; pressius vero eo duntaxat modo quo  
nunc diffinitum est. Quo quidē modo scire is  
dicitur, qui demonstratione aliquid cognoscit.  
Demonstratione inq; hoc est per syllogismū de  
monstratiuum, qui idcirco scire facit, quod ex  
his sit cōstitutus propositionibus, quae primæ  
& immediatæ tum notiores prioresq; conclusio  
ne habentur, ac eius insuper causæ sunt.

## TRACTATVS VII.

### QVOD AD OMNE SCIBILE

opus sit prænoscere aliquid,

**A**T vero priusquā aliquid demonstrare <sup>demonstratio si</sup> contingat, præscire aliqua oportet, nē <sup>ne propositio non fit</sup> pe principia quæ vocantur, & significata eorū, quæ ad demonstrationē sumuntur, ut exempli gratia, cum à geometra definitur punctus, cuius nulla pars est, tū præscire oportet, quid partis nomine significetur. Sic & in ædificijs, quid lapides, quid intritū, quid mæteries sīr, prænoscere debetis, qui ædificandi artem discere vult. Atq; hoc ipsum profecto est, quod Aristoteles in principio operis de posterioribus analyticis his verbis proponit: Omnis <sup>verbis analyticis</sup> doctrina, & omnis disciplina intellectiva, ex p̄existēte fit cognitione. Id quod cū in alijs omnibus artibus perspicitur, tum in his præcipue, quarum alię sermocionales, aliæ peculiaři nomine discipline appellantur. In quibus omnibus prænoscere necesse est quid nomine eius, quod ad demonstrationem sumitur, intelligatur, significeturq; tū ipsa principia, ut ex quibus conclusio demonstratur, cuius per hoc etiam scientia habetur solum,

### QVOD DVAE SINT PRAE-

notiones, q; est, & quid sit.

**E**X his igitur quæ dicta sunt, patet duobus modis contingere, ut aliqua prænoscamus, tum q; sunt, tum quid sint. Ut que renti propter quid à magnete ferrū trahatur,

## DE DEMONSTRATIONE

prænoscendū utiqp, est ferrum à magnete trahi. Id vbi iam perspectum quispiam habet, sciscitur deinde propter quid ita eueniat. Similiter quærens aliquis, quid motus, vel quid tempus sit, exploratum iam is habere debet, utrumque esse & motum, & tempus. In quibus vero sciscitamus adhuc, sint necne aliqua, verbi gratia, an sit prouidentia, in his necesse est prænoscere quid vocabulo ipso indicetur. Atqui cōtra euenit, utscatur quidē quid vocabulo sive nomine significetur, sed nescitur an sit, ut quæ sic scyllæ aut hippocentauri appellatio, nemo est qui non sciat. An vero etiam sint, incertum fortassis compluribus adhuc. Sane non idem purtandum est esse quid nominis, & quid rei, quin simo longo hæc & insigni inter se interstitio dissentient, differuntque, significatum nanque vocis cuiuscum omnium etiam imperitissimis et vulgo fere perspectum est: Quid tamen sit id, quod voce unaquilibet significatur, non nisi exercitatissimis facile traditu est.

## QVID SIT PROPOSITIO IMMEDIATE

**Q**uoniam autem demonstratio syllogismus est, qui sit ex propositionibus primis & immediatis, ut dictum est, de huius modi propositionibus, quænam sint, paulo alius repetere operæ pretium est. Itaque dicimus ex Aristotele & Themistio, quæ propositione immediata est, quæ & prima & summa dicuntur,

propositio  
immediata

## TRACTATVS VII.

citur, prima quidem, ut qua non est alia prior:  
Summa vero, ut qua non est superior alia. Im-  
mediata igitur dicta est, ut quae alia demons-  
tratione confirmari non possit. Quo fit, ut hu-  
iuscemodi propositiones prima etiam principia  
pia appellantur. Sed de his mox plura suo los-  
co. Cum igitur sit syllogismus per primas &  
immediatas rei causas, hæc demonstratio  
propter quid dicitur: Cū vero per causas quis  
dela, sed non immediatas, aut per prima quis  
dem & immediata sed non quæ causæ rei sunt,  
huiusmodi demonstratio vocatur, quia est. demonstratio.  
Sane prima & immediata causa est, quæ af-  
fectioni, quæ quidem de re quapiam demon-  
stranda proponitur, æquatur, atq; cum ea con-  
uertitur, ut cum per definitionem rei subiectæ  
propria ei inesse affectio demonstratur. Pri-  
ma vero & non immediata causa est, quæ dif-  
fusior est & magis ampla, & quæ in his præ-  
cipue scientijs locum habet, quæ subalternatæ  
dicuntur, ut in perspectiva, quæ geometriæ  
subalternata est. Ergo quicunque probat ar-  
bores frugesq; non spirare quia pulmo his de-  
sit, is scire dicitur propter quid, quod pulmo  
proxima & immediata ratio & causa sit spiras-  
tionis. Qui vero idem facit per hoc q; non  
sunt animalia, hic iam scire illud dicitur, quia  
est. Nam hæc probatio non de proximo, sed probatio illa e  
de longinquo commeat. Ita & Anacharlis, longinquor  
cum percontanti cuiquam, quare Scythia tis-

## DE DEMONSTRATIONE

bicines non efficiat , respondisset , quia Scythia vitem non ferret , causam reddidit removissimam , nā proxima huius causa erat , quod Scythæ temulentí non fierent , causa item huius , quia temetum non haberent , huiusdenique , quia vites essent illis negatæ .

## QVID SIT DICÍ DE OMNI , & quid item per se .

*predicari de omni*  
*predicari p/se*  
**R**ursus autem quoniā propositio omnis ex subiecto aliquo & prædicato connotetur , scire conuenit prædicatum in demonstratiōnibus non ut cunctis , sed per se de subiectis dici oportere , quare quid sit hoc , quod per se vocatur , protinus dicendum est . Interim tamen absoluere prius licet id , quod de omni prædicari hoc loco dicitur . Nam absq; hoc id , quod per se prædicari dicitur , explicari probe non potest . Prædicari igitur de omni ( vt breuissime dicam ) est cum prædicatum subiecto & omnino , & semper in esse significatur , nec quicquam refert siue substantiæ , siue accidentis proprij quidem , & inseparabilis rationem habeat id , quod prædicatur , vt omnis homo est animal , & omnis cygnus est albus . Per se vero dicuntur , quæ sunt in eo quod quid est , vt triangulo per se linea inest , & linea punctus , & arbor item platanus . Nam vt ex linea trianguli , ita ex arbo re ipsius platani substantia , ratioque substantialis constat . Cæterum non omne quod de

## TRACTATVS VII.

Omni prædicatur, etiam per se prædicatur.

Quippe de omni cygno candidū dicitur, quia  
& semper & omni cygno inest, non tamen in eo, <sup>ed quod quale</sup>  
quod quid sit, cygno inesse dicitur. Ex his <sup>qnd gr</sup>  
igitur, quæ dicta sunt, patet propositionem  
per se eam dici, in qua prædicatum est aut de <sup>propositio p se</sup>  
finitio subiecti, ut homo est animal rationale,  
aut definitionis pars aliqua, ut homo est ani-  
mal, vel homo est rationalis.

### QVOT SINT MODI

corum quæ per se sunt,

**E**orum porro quæ per se sunt, quatuor ab Aristotele & Themistio modi tradūtūr, <sup>so esse</sup>  
quorū præter tertium reliqui tres proprie-  
per se dicuntur, qui & distinguuntur, & dino-  
scuntur extremis propositionū ad se inuicem  
collatis. **P**rimus igitur modus est, cum prædicatū <sup>primum modus</sup>  
ratione quid est dicente prædicati, ut numerus  
rus est par, & numerus est impar, cui Themis-  
tius hoc addit, dicens: Aut quoties acciden-  
tia sunt, in quorū definitionibus subiecta col-  
locantur, quo modo simum esse per se nō  
inest, nempe similitudo nāsi curuitas definis-  
tur. **T**ertius modus est eorum, quæ neq; per <sup>certum</sup>  
aliud sunt, neque in alio continentur, ut indi-  
uidua substantiae. **Q**uartus deniq; modus est, <sup>2. 2. 2. 2. 2.</sup>

## DE DEMONSTRATIONE

cum subiectū causam importat, ob quam causam prædicatur ei cōpetat, ut iugulatus interit. Sane ex his quatuor modis priores duo sunt, qui demonstrationibus accommodabiles præcipue sunt. Sequentes vero duo adiecti ab Aristotele videntur (ut Themistius opinatur) amplificandi exornandic; gratia.

## QVID SIT VNIVERSALE SIVE vniuersaliter dici.

*Vniuersale quid* **D**icendum quoq; quid sit, quod hic vniuersale dicitur. Vniversale Aristoteles diffinit id, quod cū de omni sit, & per se inest, & quatenus ipsum. Eodem plane modo & Themistius ipsum definit: Vniversale (inquit) appello, quod de omni, & per se, & quatenus ipsum dicitur. Quapropter si quae de omni dicantur, non tamen propterea necesse est, ut vniuersaliter statim sint. Siquidem album de omni cygno, & atrum de omni corvo affertur, attamen haud quaquam vniuersaliter, quia neque per se, nec quatenus ipsum. Vnde & exploratum iam haberi potest, idem esse & vniuersale, & quod per se dicitur. Exempli gratia, inest per se linea longitudo, quia in definitione eius affertur. Inest etiam quatenus ipsa est. Neque vero si quae per se sunt, cōtinuo sequitur, ut etiam vniuersaliter sint. Nam quae secundo aut sequentibus duobus modis per se sunt, vniuersaliter esse non possunt. Sed ut definitio eius quod hic vniuersaliter

*de oī dñi et noī  
vniuersaliter*

*exempli probat*

*vniuersale et  
per se. id est*

## TRACTATVS VII.

Ie dicitur, accuratissima absoluta & comple  
ta reddatur, adiencia est particula, primum,  
vt id scilicet dicatur vniuersale, quod est de  
omni, & per se, & primū. Itaqe proposizio vni  
uersalis hoc loco dicitur, in qua prædicatum  
subiecto & omni, & per se, & primo inest. Ver  
bi gratia, esse animal rationale, homini adest  
primum, non quatenus animal, sed quatenus  
homo, nec quatenus Socrates aut Plato, sed  
his inest secundo loco, quia sub homine cons  
tinetur. Vniuersaliter igitur inesse dicitur,  
quod omni & per se & primum in est.

### QVOD DEMONSTRATIO SIT EX necessarijs, q[uo]d sit perpetuorum, quid itē definitio ad demonstrationem.

**H**is ita cognitis, manifestū est demonstra  
tionem ex necessarijs constare. Nam  
cum scientia per demonstrationē acqui  
sita, ex his fiat, quæ aliter fieri non possunt,  
consequens est cā ex necessarijs omnino con  
sideri. Huiusmodi autem maxime ea sunt, quæ  
per se & vniuersaliter adsunt, ad hoc rursus  
argumento est & illud, q[uo]d quoties demonstra  
tionē aliquā euertimus, illa uti solemus infir  
matione, q[uo]d ea, quæ sumpta sunt, necessaria  
non videantur. Ex quo & illud sequitur, con  
clusionem videlicet demonstrationis perpe  
tuam esse, nullamq[uo]d demonstrationem cadu  
corū, corruptibiliumq[uo]d & fortuitorum. Nam  
quæ confirmatio esse potest ipsius conclusio  
missa demonstratione  
fortuitorum radu.

## DE DEMONSTRATIONE

onis, cuius subiectum dissolubile caducumq;  
habetur, & cui prædicatū neq; semper, necq;  
omnino simpliciterq;, sed modo insit, modo  
non insit. Verbi causa: Inest Socrati ut ani-  
mal sit, sed nunc tantum, nec quia Socrates  
est, sed quia homo est. Atqui homo semper est,  
non autem semper Socrates. Et quemadmo-  
dum igitur demonstratio caducorum non est,

*triplex definitio differens*  
ira nec definitio, quandoquidem definitio vel  
demonstrationis principium est, vel demonstra-  
tio solo situ differens, vel demonstrationis cō-  
clusio. Principium quidem, ut cum vel pro im-

*bitu solo in tempore etiammodo differentia*  
mediata propositione, vel pro termino in pro-  
positiōe huiusmodi defumitur. Situ vero solo  
à demonstratione differēs est, quoties talis defi-  
nitio est, quæ causam rei, q; ita sit, contine-  
at, ut haec: Deliquum solis est occultatio lumi-  
nis eius, ob lunam ei oppositam atq; subiectā.

*definitio hominis in demonstratione commutata hoc est*  
Definitio hęc ordine paulum mutato, in demō-  
strationem commeat hoc pacto. Luna subiecta  
tur atq; opponitur soli, quod autem subiecta  
atq; opponitur, occultat: luna igitur subiecta

*atq; opposita solem occultat*  
3 Conclusio por-  
ro demonstrationis, ea est definitio, quæ causam  
materiale attingit. Vnde & haec quidem ma-  
terialis, illa vero formalis à quibusdam appellat-  
latur definitio.

QVOD TRIA SINT, QVAE AD  
demonstrationem omnem requirantur,

## TRACTATVS. VII.

& quot modis horū vnumquodqe  
prænoscatur.

**C**Um autem tria sint veluti momenta  
quædam in unaquaqe demonstratio  
ne, vt id ab Aristotele & Themistio tra  
ditur, quibus videlicet omnis scientia absolu  
tur, primum genus subiectum, vt numerus, secundum  
aut triangulus: tertium, affectiones quæ & sunt  
propriæ passiones rei à quibusdam dicuntur,  
& subiecto generi inesse demonstrantur, vt pa  
ritas & imparitas numero, & tres angulos æ  
quales duobus rectis æquipollere triangulo:  
principia. Ex his inquam, genus qui ce trin  
dem subiectum statuere oportet, vt sit: Affe  
ciones quid significant, quorum utruncqe prin  
cipia & dignitates desiderant, nam vt sint, &  
quid significant, antequam demonstrationes fi  
ant, sciendum est. Principijs itaqe utracaqe præ  
notio necessaria est. Nec tamen me fugit, quæ  
dam ex principijs esse, quæ non statim cogni  
tis terminis explorata habeantur, sed obscu  
riora paulo, declaratione proinde probatione  
que aliqua, nempe dialectica, indigentia. Quip  
pe quæ fiat vel per inductionem, vel per diu  
sionem. Atqe id nimirum est, quod Aristotes  
les ait dialecticæ proprium esse & peculiare, vt  
cum sit inquisitiua, ad omnium methodorum  
principia viam habeat.

DE PRINCIPIIS, ET EORVM  
multiplici differentia.

*principia gen*

## DE DEMONSTRATIONE

**P**rincipia in unoquocz genere sunt (qu<sup>e</sup>s admodū & Aristoteles ea definit) qu<sup>e</sup> quod vera sint, non contingit demonstrari. Rursus & hoc modo, Principia sunt, qu<sup>e</sup> per se, & non per alia fidem habent. Per alia qui dem idcirco adiectum est, ut intelligamus sci- entiæ cuiusque principia esse, quibus in eadem scientia, nihil prius superiusqz sit, per quod cō- firmari explicariqz possint, nam si hæc quoqz cōprobare necesse fuerit, rationem hanc in ini- nitum tandem extrahere oportebit. Quare si id necesse non est, sed subiacent, supponunturqz hæc tanquam notissima, merito principia statuan- tur dicanturqz. Ex his autem alia quidem pro- pria vniuersiūs scientiæ sunt, alia vero com- munia, propria quidem, ut in geometria linea- esse longitudinem sine latitudine. Et in diale- ctica: De quolibet vera est affirmatio vel ne- gatio, de nullo vero simul. Cōmunia autē, vt si ab æqualibus æqualia demas, remanentia sunt æqualia. Item quæcunqz vni & eidē sunt æqualia, ipsa inter se sunt æqualia. Cōmunia idcirco dicta, quod pluribus & his etiam diuersis scientijs applicari possunt. Talia quoqz sunt & dialectica quædam principia, vt si quid præ- dicatur de definitione, idem & de definito præ- dicatur, & cætera eiusmodi. Porro ex princ- pijs, qu<sup>e</sup> propria alicuius scientiæ sunt, hæc quidē dignitates sive proloquia dicuntur, hæc vero positiones. Dignitates quidē dictæ ob-

*principiorum  
differencia*

*principia ratiā*

*proloquia  
positiones*

## TRACTATVS VII.

id quod iure illis fides habenda sit. Nam talia principia sunt, quæ statim quisq; audita, pbat, & quæ quemlibet discensem natura habere necesse est, quod profecto nihil aliud est quam illos (eorum tantum cognitis terminis) intellectum nostrum naturali lumine protinus affenire, cuiusmodi illud est, Totum vnumquodlibet maius est qualibet sua parte. Dicuntur rursus & maximæ, siue maximæ propositiones, & communes animi conceptiones, q; multorum scilicet intellectu facile percipiuntur. Positio[n]es vero sunt principia, quæ cum demonstrari non possint, necesse tamen non est, quemlibet docendum ea habere. Ex ipsis rursus quædam suppositiones dicuntur, quædam definitio[n]es. Suppositiones quidem, quæ aut esse, aut non esse significant, ut punctum esse geometra supponit. Definitiones vero, quæ absq; eo quod est esse, vel non esse, quid sit res indicant. Porro suppositionum aliæ quidem dicuntur petitio[n]es siue postulata, aliæ vero suppositiones assumptæ. Petitiones siue postulata sunt, quæ hypothesibus ponendis maxime accommodantur aptanturq;, ut quoties data propositione quapiam, eius deinde petitur à discente contraaria, siue contradictionia concedi, idq; interim discipline gratia, ne quid scilicet in disciplinis absurdum ponatur, aut earum principijs repugnans. Assumptæ demum suppositiones dicuntur quæ præmissæ demonstrationum assumū

*de mōstratō fīc  
ex hērō*

## DE DEMONSTRATIONE

tur, ut ad demonstrandum, q̄ demonstratio omnis ex veris procedat, assumitur à docente q̄ falsum non scitur, & q̄ verum non scitur, nisi ex veris. At de principijs quidē hactenus, quibus colligendis haud parum mihi profuit cōmentarij suis Iudocus Chlichoueus in Iacobum Fabrum Stapul. vir apprime doctus, & inter scholasticos quoq; theologos, partes si nō primas, secundas tñ haud dubie obtinens. Cæterum ab his demonstrabiles propositiōes *sewēnū αλα* à Græcis appellantur, quæ Latinis speculationes dici possunt.

*Geopīndā*

### QVOD PER QVĀTVOR causarum genera demonstratio potissimum fiat.

*Conſervatio ḡmā p̄*

*prīa ſta*

*tertiā*

*Quarta*

**Q**uoniam autem omnis demonstratio ex principijs fit, principia autem & causæ idem, illud quoq; iam dicere oportet, quod causæ numero quatuor sunt, vñ na quidem quod quid est esse, hoc est, substantia ratio, formaq; & definitio. Secunda vero, quæ cum est forma, vt ipsa sit necesse est. Hæc autem materia est. Nam non potest sine substan- tia materia forma subsistere. Tertia autem, vnde initium fit motus, quæ est efficiens cau- fa. Quarta vero, cuius gratia quippiam fit, id q; finis est rei cuiuscq;. Sane omnes hæ causæ in demonstrationibus spectantur, & mediij in his termini sunt, Ac ratio quidem ipsa substātia, quemadmodum in demonstrationem ve-

## TRACTATVS VII.

niat, sumaturq; prius dictum est, videlicet cū dicebatur definitionē demonstratiōis esse prin cipiū, vel ab ipsa demonstratiōe solo situ diffe rentē. Materia vero hoc modo redditur, cum quæritur, quamobrē animaliū corpora cōsu[m]ptā <sup>trava rura</sup> p[ro]m[iss]a mantur corrūpanturq; quia cōtrarijs cōstant. Omē siquidē, quodex cōtrarijs cōflatum est, corrupti natū est. Redditur & primū mouēs, <sup>primū</sup> si quæratur, quare mundus est mirāda pulchri tudine, quia deus opifex & ipse pulcherrimus sit. Redditur item finis, si quis sciscitetur propter quid deus fabricatus est mundū, q[uo]d bonus est. Et quamobrē quispiā vxorem sibi ducendam statuit, nempe ut liberos habeat,

## QVO PACTO SCIENTIA

ab opinione differat.

**S**equitur hinc iam ut dicamus, quonā p[ro]positio ab opinione differat scientia. Differit autem h[oc]c ab illa modis duobus, rebus in quam subiectis, & genere probandi. Rebus q[uo]dā ab opimis autem h[oc]c ab illa modis duobus, rebus in quam subiectis, q[uo]dā scientia quidem eorū est, quae necessaria sunt, et aliter se habere nō possunt. Opinio autē & eorum quae falsa plerūq; sunt, & aliter se habere possunt, licet vera sint. Genere vero probandi, q[uo]dā scientia quidem ex necessarijs proficiscitur propositiōibus: Opinio vero ex possibilibus contingentibus, quae nimirum neq; ad scientiam, neq; ad intellectū pertinent, qui principiorum habitus ab Aristotele definitur: Quare si habitus omnis

## DE DEMONSTRATIONE

quo vera cognoscuntur, aut scientia est, aut intellectus, aut opinio, relinquitur opiniōem eorum rerum esse, quae tamētē veræ aliquando sunt, secus tamen esse possunt.

**QVOD DVPLEX SIT IGNORANTIA, & quid sit solertia.**

*ignorāntia p̄vīa* **I**gnorantia porro, quæ scientiæ in totum opponitur, duplex ab Aristotele esse traditur. *Vna quidem*, cum alicuius rei penitus rudes iguariç sumus, puerorum instar, quæ ob id ignorantia secundum negationem dicitur: *altera vero, quæ affectionis ignorātia* vocatur, quoties quis rudis quidem omnino nō est, sed falsam illius rei, quam tenere se putat, scientiam opinionemue habet. *Dic̄ta est autē hēc ignorantia affectionis, q̄p cui contingit, illius animus persuasione quadam affectus sit.* Putat enim se scire aliquid, quod tamē nescire melius effet, idç aut per simplicem appræhensionem, aut per syllogismum. *Vnde & ab eodem Aristotele dicta est, partim per syllogismū facta deceptio, partim in sensu error et hallucinatio.* Tales prosectori sunt barbari omnes & sophistæ, qui cum omnia intelligere videri vellent, nihil intelligunt, nisi suo more omnia, hoc est corrupte. *Præterea ab Aristotele definitur solertia, subtilitas quædam in non prospecto tempore mediū inueniendi.* Vel sic: Solertia est sagax, repentinac̄ cōiectatio inuētioc̄ mediū ut si quis videns lunam, eam quidem partein,

*ignorāntia f̄ta*  
*q̄nō f̄ nota*

*Solertia q̄ m̄d*

## TRACTATVS VII.

quæ solem versus semper deuergit, lucidā habere intellexerit, ob id, quia luna splendorem à sole mutuetur. Aut si quempiam quis cùm nūmulario argentarioue colloquentem videns, intelligat statim versuram eum facere, & causam omnino sceneratitiam esse. Hæc tum coniectatio solertia est.

## DE QVATVOR QVÆSTIONIBUS

nibus scibiliis.

**P**ostremo autem de quæstionibus scibiliis <sup>Quæstionib[us] scibiliis</sup> bus hac in parte non nihil dicendum est, <sup>b[us]</sup>  
Sunt autem numero quatuor, quæ sunt <sup>quod est</sup> quod est, propter quid est, si est, & quid ē. Quæ <sup>propter quid est</sup> stiōes quidem scibiles dictæ, quod per has quæ <sup>si est</sup> rimus de qualibet re in unaquaq[ue] sciētia. Quæ <sup>quid est</sup> rimus ergo aut de simplici, aut de composito. Simplex quidem hoc loco intelligitur, quod <sup>Simplex quæstio</sup> seorsum ex uno aliquo decem generum sumitur, ut est, vel deus, vel homo, vel centaurus, vel charybdis. Compositum autem, ut vtrū <sup>composita</sup> luna deficiat, aut vtrum iustum natura, an lesge potius, & institutione hominum constet. Quoties igitur de simplici querimus, prima et <sup>Simplex Anfor</sup> obvia protinus quæstio est, an sit secunda, qd sit: Primum namq[ue] querimus an sit deus, deinceps quid sit deus. Si autem de composito querimus, prima quæstio est, an subiecto prædicatur insit: Secunda, quamobrem insit, hoc est, <sup>Propter quid</sup> propter quid. Nam simul ac didicimus lunam deficere, continenter quambrē deficiat, quæ

DE DEFINI<sup>L</sup> ET DIVISIONE.  
rimus. Hactenus de demonstratione dicta sufficiant.

IN TRACTATVM OC-  
tauium Praefatio,



EQVITVR Hinc  
tractatus de definitio<sup>n</sup>e par-  
ter & de diuisione, quæ qui-  
dem q̄ partes quoque hu-  
ius artis sint, ex tripartita  
superius facta dialecticæ  
diuisione facile intelligi po-  
tuit. Nunc illud addendū

*de ratione insuper est, q̄ sicut absq; demonstratione nul-  
la definitio la sciētia rite comparī potest, ita absq; duabus  
et dūis, q̄ his partibus non scientia solum, sed nec ars vi-  
la. Quo sit ut merito ipse quoq; philosophie  
instrumenta censeri debeant. Distant autem  
vel hoc ipso hæc tria inter se, quod diuisio qui-  
dem ipsa aditum ad artes omnes, & disciplinas  
præparat, ceu diligens quædam exploratrix,  
quantum videlicet ars se vnaquæque exten-  
dat. Definitio vero præparata iam atq; explo-  
rata, veluti lumine adhibito, illustrat. Demō-  
stratio deinde hæc omnia perficit & consum-  
mat. Ratio autem cur, cum ordo in his tribus  
ita se habeat, prius tamen de demonstratione,  
q̄ de ceteris duabus tractare instituerim: Quia  
nimur ip̄a demonstratio est cui reliquæ dux-*

*definitio*

*demonstratio*

## TRACTATVS VIII.

nempe definitio & diuisio, inseruire interdum probantur, & accōmodari solent, quemadmo<sup>dum</sup> etiā definitioni ipsa diuisio. Hinc & de definitione prius dicendum, q̄ de diuīsione.

### DE DEFINITIONE QVID SIT

& quo pacto à nomine differat, tū item  
& à descriptione, & qd sit descriptio.

**I**Gitur quid sit definitio, ipsa definitione nunc explicemus oportet, hæc à Platone q̄dem definitur hoc modo: Definitio est oratio quæ quid sit, de quo agitur ostendit quam breuissi. In qua definitione oratio posita est, ut à nomine distinguitur, quod nomen quoque rei naturam quomodo cuncte significet, at ex vnicā constat voce, definitio autem ex duabus saltem vocib⁹. Adiectum deinde est, quæ quid sit, de quo agitur, ostendit, quoniam inuenias orationes quidem, quas tamen definitio<sup>s</sup> nemo dixerit, quandoquidem rei naturā nō exponunt. Cuiusmodi orationes sunt, quæ apophthegmata, seu dicteria dicuntur, ut nos sce ipsum. Ne quid nimis, et id genus alię. Postremo adiectū est, q̄ breuissime, quo ab alijs distinguitur orationibus multo longioribus, utpote quæ certis cōstituuntur partibus, quales sunt Ciceronis, & cæteræ huiusmodi. Ab Aristotele vero in Topicis ipsa ad hūc modū definit. Definitio est oratio quod quid est esse significans, hoc est, oratio explicans quæ sit rei natura, essentiaue. Quo in loco aduertendū est

## DE DEFINI. ET DIVISIONE.

Sic Gale Aristotelem græce loquentem, in definitione n<sup>o</sup> 4. The sua vsum verbo ἐπ, quod Græcis est temporis raputic. paratatici, latinis præteriti imperfecti. Atque lib. in ip<sup>s</sup> hoc ipsum ita consuesse Aristotelem Geor. soferc pri valla Placentius fiderter afferit, vt erat pro cipio εὐτι se potius existimandum est, qua Græci ver γένος ἐπ bum paratatici temporis plærunc pro præ vōσ.i. ut senti vsurpant. Itac<sup>t</sup> nos ἐπ, est, vertimus, & si etiā Th. Aristotelis interpres quisquis ille fuerit, Erat Linacrus interprætatus est, verbo ad verbū. Ob id forr interprætassis q<sup>uod</sup> illud, quod diximus, vel non animaduertit, vel prorsus ignorauit. Vnde et eā ipam definitionē hic subhiciendā duximus his ybis, quibus ab Aristotele posita est, nēpe Græcis: est morbi.

ēfob

eluvatoyia

definitio

definitio differt  
descriptio

Descriptio

Sed ne illud quidem omittendum puto, definitio ipsam termini nomine, quod græce ὄγος dicitur, plærunc appellari à translatione ter minorum terræ. Nam sicut per illos fundi in agro à se inuicem dispescuntur, ita per definitio res à se inuicem discernuntur. Rursus autem & à nomine definitio differt, quoniam qd nomen obscure & indiscrete significat, id definitio euidenter & discrete exponit. Differt itē & à descriptione, q<sup>uod</sup> descriptio quidem veluti opacæ alicuius picturæ imaginem gerit: definitio autem perfectæ picturæ faciem refert. Hinc et descriptio à Boetio definitur, ex ppricatibus informatio quædam rei, & tanquam colos

## TRACTATVS VIII.

coloribus quibusdā depictio. Ex proprietatis bus inquit, hoc est ex proprijs cuiusq; rei accidentibus. Atq; hæc proinde poetis atq; oratoribus magis v̄su venire solet, nec in id habetur ut quid sit res dicet, sed qualis sit, quasi inspicis endam ante oculos ponat.

### QVOD DVPLEX SIT DEFINITIO.

**E**rgo duplēm esse definitionem, tam ex his quæ dicta sunt, autore Seuerino Boetio, q; ex Aurelio Augustino vel potius alio quopīa, qui etiam Augustino, ipso vetusti or fuit (ut Lau. Valla sentire videtur) colligere licet. Alia namq; dialectica est, alia rhetorica, & dialectica quidē est, q; cōmuni tantū designatur nomine, & definitio appellatur: rhetorica vero, quæ alio nomine descriptio dicitur, qualis ea est, quæ paulo superius à nobis ex Boetio definita est. Inter vtranque porro hoc interesse ex eodem Boetio animaduertimus, q; hæc quæ oratoribus apta est, non etiam philosophis proinde conuenit: quæ tamen philosophorū propria est, ea conuenire potest & oratoribus. Omnia nanq; (inquit ille) quæ philosophorū sunt, orator in dicendo recte usurpare atq; his vti potest. At cōtra philosophus in disputationib. suis, quæ oratorum propria sunt, cuncta fere contemnit, necq; enim adiungit aliquā signū, necq; quod credibile est, aut probabile solū, sed quod necessariū omnino fuerit. Sed de harum vtriusq; siue differentijs siue spe

DE DEFINI. ET DIVISIONE  
ciebus, tam proprijs q̄ cōmūnib⁹, deinceps  
ordine dicere haud alienum fuerit.

DE TRIPLOCI DIALECTICAE DE-  
finitionis forma ex Cicerone, tum quem  
admodum alia ab alia distet.

*Dialectica defini-*  
*m̄tū form̄ quā*  
*priā subr̄t̄ta*  
*ḡ ḡne et diff̄*  
*se m̄da*  
*A p̄m̄ emm̄o*  
*h̄r̄*  
*defin̄t̄*

**E**Ius igitur definitionis, quæ dialectica di-  
cta est, tres à M. Cicerone differentiæ po-  
nuntur, siue forme principales. Ex his una  
quidem est, quæ substantialis dicitur, altera ve-  
ro, quā idem à partiū enumeratiōne appellat,  
tertia q̄ à nota dicitur. Porro cā q̄ substantialis  
dicitur, & philosophorū maxime propria est,  
Aristoteles plenā atq; perfectā cōsistere ait c̄  
ḡne & differentijs, vt cū homo definitur, ani-  
malratione mortale. A partiū vero enumera-  
tione definitio ē, cū enumeratis omnibus totū  
us alicuius partibus, id quod totū est, cognosci  
tur quid sit. Qua quidē definitione pœna q̄ le-  
gibus sancta ē, delimitur hoc modo: Pœna ē, q̄  
vno exocto modis fit, nēpe aut dāno, aut vin-  
culis, aut verberibus, aut talione, aut ignomini-  
a, aut exilio, aut seruitute, aut morte. Eadem  
quoc̄ definitiōe & mūdus à Cleomedē in lis-  
bro de mūdo ita definitur, Mundus cest, inquit,  
ex cœlo terraq;, necnō ex naturis, q̄ intra hæc  
includuntur, cōstitutio. Vnde & admonēdus  
hic est diligēs lector, nō esse necesse vbi quodā  
modo partiū infinitas quædā est, vniuersa in  
ipsa partiū enumeratiōe cōcludere, vt in defini-  
tione mūdi iā facta. Tali itē vsus ē Cicero cum

## TRACTATVS VIII.

eum definit, q̄ nō liber est: Is (inquit) ē, qui ne  
q̄ cēsu, nec q̄ vindicta, nec q̄ testamēto talis ē. Et  
enim hæ partes sunt dādē libertatis. Nec mo-  
ueat quēpiā, q̄ per hanc definitionē quid sit nō  
liber, cōstitutum ē nō quid sit, quando per æq̄  
definitionē opus ē cū ostendere volumus, quid  
nō sit quēpiā, q̄ quid sit. *Porro à nota, vt Ciceronem*  
*cero: siue ab etymologia, vt Aristoteles, definītio*  
*dicitur, cū vis verbi, q̄ in cōpositione sita*  
*est, rem suā facta quadā discretionē designat,*  
*vt in I. Offici. libro Cicero, quid sit fides, hoc*  
*mō definit: Fides est, inquit, quia fiat quod di-  
ctum ē. Tribus igitur positis, veluti principi-  
lium definitionum formulis, sola prima q̄ lūb*substantialis de-*  
*stancialis est, & à toto dicitur, vere definitio*  
*nūcupatur, aliae duę nominis tantum honore.*  
**QVAE, ET QVOT SINT IN***

summa definitionū, siue differentiæ, siue  
species, rā philosophis q̄ oratoribus,  
neconon & poetis communes.

**I**N summa autē ipsius definitionis, siue dif-  
ferentiæ, siue species numero quindecim ex vno sive specie  
Boetio colliguntur, quarū tamē bonā par-  
tēm ex Aure: Augustino in eo quem de diale-  
tica scripsit libello, si tamē autorē titulus non  
mentitur, Boetius collegisse videri potest, quas  
& hic nunc per ordinē recensere collibitum est.  
Ex his igitur prima quidem à Grēcis oīsiώδē *prima*  
dicta est, à Latinis vero substantialis siue es-

## DE DEFINI. ET DIVISIONE

ſentialis appellari potest, ut quæ ſubſtantiam  
eſſentiamue rei cuiuslibet proprie demonstrat,  
qua & philoſophi proinde maxime vuntur.  
Cuiusmodi eſt hæc hominiſ definitiō, animal  
rationale mortale riſus & disciplinæ capax.  
Hæc em per ſpecies & diſſerentias deſcendens,  
ad proprium tandem venit. Secunda vero, quæ à  
nozione latine, Græce ἔννοια μάτικη dicitur.  
Hæc rem non per ſubſtantia, ſed per actum po-  
tiuſ explicat, ut homo eſt quod rationali con-  
ceptione & exercitio cunctis präeſt animan-  
tibus. Hic quidē nō quid homo ſit, dictum eſt,  
ſed quid agat, atq; ita quodam qualि ſigno in  
nozione deuocatur. Tertia que à qualitate no-  
men accepit, græce τοιοτική dicta, quæ quale  
quippiā ſit oſtendit potius, q̄uid ſit, ut homo  
eſt q̄ ingenio valet, artibus pollet, bonūq; ac  
malū diſcernit, hic em non quid homo ſit, ſed  
qualis ſit deſignatus eſt. Quarta autē eſt, quæ  
à Græcis ὑπογεφική, à Latinis deſcriptiua,  
à Cicerone vero deſcriptio appelleſtatur, ut lu-  
xuriosus eſt, qui victus nō neceſſarij, ſed ſum-  
ptuoli appetens eſt, delicijs affluens, & ad libi-  
dinē proclivis. Quinta vero eſt, quæ græce κα  
τὰ λέξιν, latine ad verbū dicitur. Hæc uocem  
illam de qua queritur, alio ſermone deſignat,  
& quodāmodo quid ſit declarat: ut contice-  
ſcere eſt tacere. Qua etiā deſinitione locus tum  
ab Aristotele, tū à Cicerone ſedes argumen-

ſeſſimula

tertia

Quarta

Quinta

## TRACTATVS. VIII.

ti definitur. Sexta, quæ græcis κατά διαφορὰν, <sup>Septem</sup>  
Latinis per differentiā dicitur, vt cū quæritur,  
quid inter regē & tyrannū intersit, uterque ad  
iecta differentia, quid sit definitur hoc pacto:  
Rex est, qui pietate & modestia erga suos uti  
tur. Tyrannus autē, qui in suos sœuit, & crude  
litatem exercet. Hinc & illud apud Terent. in  
Adelphis: Hoc pater ac dominus interest. Sep  
tima est, quæ κατά μεταφορὰν, i. per transla  
tionem dicitur, ut adolescentia est flos ætatis,  
senectus ætatis occasus. Item caput arx corpo  
ris. Octaua vero ē, quæ κατά διφαιρεσιν τὸ μὲν ὀρτανα  
τίς, id est, per priuantiam eius contrarij quod  
definitur, dicitur: ut bonū est, quod malū non  
est. Quo quidē genere definitionis uti licet, cū  
notum est alterū contrarium. Hac & Horatius  
epistolarū I. ad Mecænatē vñsus est, cū ait: Vir  
tus est vitium fugere, & sapientia prima Stul  
tia caruisse. Nona est, quæ κατά ὑποτύπωσιν, <sup>Nona</sup>  
id est, per quandam informationem dicitur: vt  
Aeneas est filius Veneris & Anchisæ. Porro  
hæc in individuis, quæ græccæ ἄτομα dicuntur,  
versatur semper. Desideratur præterea & in  
nominibus quæ διαδύνμα sunt, hoc est, & qui  
uoca, vt est Ajax Oileus & Telamonius. Er  
go quoties vnum aliquē definire volumus, à  
genere, à patria, à corpore, à factis, à dictis,  
ab animo, hoc genere definitionis vitimur. De <sup>deinum</sup>  
cima deinde species est, quæ dicitur ὡς τὸ πορ,

## DE DEFINI. ET DIVISIONE

hoc est, ut secundū figuram dicam. Cuiusmodi definitio ē, vt si quæratur, quid est animal,  
& respondeatur, vt homo, qua & Aristoteles  
vñsus est, cum dixit: οὐτία ἐσί ως ἀνθρώπος, id ē,  
substantia est, vt homo.

*vñdecima*

Vñdecima, quæ καὶ τὰ ἐνθέτα πληρῶς ἐκ των ὁμογενών. i. per indi-  
gentiam pleni ex eodem genere, dicitur, vt si  
quæratur, quid sit quadrans, & respondeatur,  
cui dodrans deest, vt as sit. Duodecima, quæ  
καὶ τὰ ἐπωνυμα dicitur. i. per laudem, vt apud  
Ciceronem pro Cluentio: Lex est mens, & ani-  
mus, & consilium, & disciplina ciuitatis. Qua-  
lis etiam ea est, qua ab Aristotele philoso-  
phia definitur, ars artiū, & scientia scientiarum.

*dñodēmā*

Tertiadecima est, quæ καὶ τὰ ἀναλογία. i. iux-  
ta proportionē dicitur, vt cum maioris rei no-  
mine minor designatur, vt edictum est lex an-  
nua, & homo minor mundus. Quarta decima  
*cernā decimā* vero, quæ καὶ τὰ πρόσωπα. i. ad aliquid dici-  
tur, vt pater est, cui filius est. Quintadecima  
*nīmā decimā* demū, quæ αὐτιώσις. i. causalis dicitur, vt quæ  
causam rei de qua queritur, reddat, vt dies est  
latio solis super terram. Similis huic & illa est  
apud Ouid. Res est solliciti plena timoris a-  
mor. Efficit enim amor, & causa plerumq; est  
vt quis nīmis sollicite anxieq; alteri timeat.

QVOT, ET A QVIBVS DEFI-  
NITIO SUMATUR.

## TRACTATVS VIII.

*definitio subi*  
**S**ane definitio illa, quæ philosophis mat. odus à qm  
 rentis constituatur præcipue, interim tas-  
 men sumitur aut à materia, aut à specie sive  
 forma, aut à subjecto, aut à fine. A materia + materia  
 quidem, vt si statuam definias ex ære, vel alia  
 qualibet materia, quæ huius vel illius rei ref-  
 rat simulacrum. A forma sive specie, vt si quis + forma  
 definitiram, q̄ est vlciscendi cupiditas, quæ  
 eadem à materia definitur esse ebullitio san-  
 guinis circa cor. A subjecto, vt cum dicit quis + subjecto  
 piam, Astrologia est ars quæ circa cœlestia  
 corpora versatur. A fine vero, vt quem conse- + fine  
 quitur, vt medicina est ars in humano corpo-  
 re sanitatis effectrix.

## DE VIRTUTE DEFINITIONIS,

tum &amp; de eius vitijs.

**A**nte omnia autem & quæ sit virtus de-  
 finitionis dicendū. Sane hæc est, vt de-  
 finitio suo ex altera parte definito res-  
 pondeat. Hanc Rodolphus Agricola legem  
 definitionis uocat, eamq; huiusmodi esse dis-  
 cit, vt neq; plura complectatur, q; ipsum defini- + præ birim  
 tū, neq; pauciora, sed de quocunq; vnum dici  
 tur, & alterum dicatur. Huic porro aliā idem seunda  
 adiungit, vt quid sit res, hoc est substantiam  
 rei explicet. Præter has deinde duas, tertiam tertia  
 quoque adiçit, vt sit aperta, hoc est, neq; am-  
 biguis nominibus, neq; obscuris, aut ex lon-  
 ginquo translatis cōstet. Sunt & aliae ad hanc

## DE DEFINI. ET DIVISIONE

rem ab eodem positæ leges, quas hic breuitatis studio prætereo. Ex prædictis igitur & quæ sunt vitia definitionis, facile est intelligere. Sunt autem duo præcipua: primū ne quid abdet: alterum, ne quid deficiat. Et dictionum quidem abundantia, rei facit defectū: defectus vero dictionum, abundantia rei. Atq; ex utroq; minus apta definitio est. Sed hæc nunc exemplis ostendamus. Per abundantiam igitur definitio sit, si hominē ita definias: homo est substantia animata sensibilis. Est hæc quidem definitio, declaratio quedam hominis. Nā hæc omnia, homo est. Verum si conuertas, non respondebit: Per defectum vero, vt si quis definit a cupiditatē hoc modo: Cupiditas est aliena appetendi desiderium, sed ne hæc quidem ex æquo responderet rei definitæ, propterea q; minus cōprehensum ea est, q;res nois postulabat. Nā non sola cupiditas avaritia est, imo præter avaritiā, q; habendi propriæ cupiditas dicitur, est insuper tum dñandi, tū vleiscendi cupiditas. Potest & tertius his duobus vitiis adjici, quoties scilicet falso quippiā definitio dicit, hoc patet: Sapientia est pecuniae querendæ diligentia. Verum de definitione haec tenus.

## DE DIVISIONE.

*Ufne Amissois* **R** Estat hinc tertius philosophiæ instrumentum quod quidem est diuisio, quæ quæ habeat usum ad disciplinas cōparandas, hinc quoq; nosse licebit, quod sine hac quæadmodū

## TRACTATVS. VIII.

definitio quidem fieri debeat, haud plane intellexi possit, quippe per quam ea, quae ad definitionem sumuntur, ex ordine prius colliguntur, id quod facile liquebit, si ex exempli causa, nos men ipsum suscepereis definiendum. Nam primo hanc divisionem genus vox sumitur, deinde vocem ipsam diuido, in vocem significatiuam, & non significatiuam. Definio igit nomen, quod est vox significatiua: quae oratio, quia nominis nondum aequaliter rursus diuido significatiuam vocem, in eam, quae secundum placitum significatiua est, hoc est, ex hominum impositione, & eam quae naturaliter significat. Itaque prædictæ orationi addo, secundum placitum: itaque definitio nominis hoc modo: Nomen est vox significatiua secundum placitum. Verum quia nec sic definitio definito ex aequo conuenit, idcirco id quod est significare secundum placitum, deinde diuido, ac dico: vocum secundum placitum significantium, aliæ quidem cum tempore, aliæ vero sine tempore significant. Sed quia ne sic quidem perfecta nominis definitio habetur, rursus aliam aggredior diuisionem, nempe cuius quod est significare sine tempore, nam huius aliud quidem est, cuius partes extra significat, aliud uero, cuius partes extra non significant. Itaque uominis definitionem tandem hoc modo compleo ac dico: Nomen est vox significatiua secundum placitum, sine tempore, cuius nulla pars extra significatiua est. Sed

## DE DIVISIONE

nunc quid sit diuisio, & quotupliciter dicatur,  
dicendum hinc est.

## DE DIVISIONE, QVID SIT, & quot modis dicatur.

*dimisio quid* **D**iuisio igit (ut in vniuersum dicamus)  
*dimisio mo* **c**est communioris in minus communia  
*di* diductio. Semper em quod diuiditur,  
communitus ijs est, per quae diuisio fit, & per  
hoc latius patet. Fit autem multis modis. Siquidem  
aliam est diuisio generis in species: alia, cum totum  
veluti in partes secatur, quam proinde quidam  
partitionem dicere malunt: alia rursum, cum vox  
multorum significativa, in proprias significa-  
tiones distrahitur, quem tamen diuidendi mo-  
dum Rodolphus Agricola non admodum p-  
bat, sed enumerationem potius dicendam exi-  
stimat, quemadmodum & cum species in indi-  
uidua diducitur, id quod etiam Iohan. Damasceno  
ita placet. Similiter autem & quoties ab uno  
ad plura, & a pluribus item ad unum diductio  
fit, enumeratio dicenda videtur. Ab uno qui-  
dem ad plura, ut a medicina homo medicus, li-  
ber medicus, herba medica, manu medica. Hic  
illud Vergil. Dum medicas adhibere manus  
ad vulnera pastor abnegat. Et item vas medi-  
cinale, & medicinale emplastrum, siue cataplas-  
ma, & id genus infinita alia. Haec enim oia ab u-  
no sunt, quoniam a medicina nomen iuenerit.  
Ad unum autem, ut salubre medicamen, salubris  
esca, salubris aura. Haec siquidem ad unam te-

*dimisio*  
*Ab uno ad*  
*plura*

## TRACTATVS VIII.

dunt sanitatem. Cæterum præter prædictos Alij dividit diuidendi modos est qui secundum accidens di modi dicitur, cum aut subiectum in accidentia diuiditur, aut accidens in subiecta, aut accidens in accidentia. Ex prædictis igitur patet, quod divisionem alie uisionum aliæ quidem propriæ dici possunt, propriae & abusuæ.

D E diuisione generis in species.

**G**eneris in species diuisione fit, cum ipsum genus divisionem per differentias diducitur: aliquæ in species auct & in ipsas species citra differentias, ut magnitudinū hæc est linea, hæc superficies, illa vero corpus: aliquoties autem nominibus carent eæ, quæ sub eodem genere continentur species, quod ubi contingit, accipimus unius alicuius speciei differentiam, deinde aliarum specierum, quia unam aliquam differentiam communem non inuenimus, circumloquimur eam alterius differentiæ negatione, quem admodum in animalis diuisione fieri videmus, cū ipsum ita diuiditur, animalium aliud rationale, aliud irrationale. Hic irrationale non nisi eius quod est rationale, negationem explicat. Quamobrem hæc vera differentia esse nō possest, quippe cū oīs species ex differentiæ constitutatur. Nihil enim ex negatione constituit. Ergo divisione negationes facimus diuisionem, prius affirmatio, post negatio subiecta ē, nec id ab re quidē, quippe quod affirmatio natura ipsa prior sit negatione. Aliquoties item & differentiæ A. divisiones sive differentiæ litterarum spinerum

## DE DIVISIONE

loco specierum in divisione ponuntur, ut cū diciimus: Quantitatis aliud continuum, aliud discretum, quæ cum differentiarum nomina sint, vice tamen specierum posita sunt.

*Nuestro de di  
mijor generis* **VTRVM IN SPECIES, AN IN**  
differentias rectius genera diuidantur.

*Vespicio Boetij* **V**Nde & illud iam haud indignum inqui  
situ suboritur: Vtrum in differentias,  
an in species rectius genera diuidantur.  
*generis differ* Sane huic inquisitioni ita ex Boetio obuiam  
itur: Quoniam definitio divisionis, generis est  
in species proximas distributio, idcirco oportet  
secundum naturam divisionis, in proprias  
species generis disgregationem fieri. Verum  
hoc interdum fieri nequit propter eam, quæ su  
pra redditia causa est. Multis siquidem specie  
bus nomina desunt. Atq; ideo, quoniam quæ  
dam sunt genera prima, quædam ultima, quæ  
dam media. Primum siquidem est, vt verbī cau  
sa, substantia: ultimum, vt animal: medium,  
vt corpus. Corpus namq; vt animalis genus  
est, ita substantia corporis. Unde quemadmo  
dum nec super substantiam quicq; inueniri  
potest, qd generis loco collocari ualeat, sic nec  
sub animali, homo enim species est, nō genus.  
*disatio p frō* Quare antiquior videbitur, per species diuī  
sio si indigentia nominum non sit. Ergo si  
his non abundamus, genera prima usque  
ad ultima cōuenit in differentias separare. Hoc  
autem sit, si primum genus in suas differentias

## TRACTATVS VIII.

disgregemus, nō in sequentis proxime, aut posterioris generis differentias, & rursus posterius in suas, & non in sequentis deinde differentias. Nec enim eadem sunt differentiae substatiæ & corporis, aut corporis & animalis. Si quis igitur dicat: Substantiarum alia corporalis est <sup>substantia di</sup> alia incorporalis, recte quidem diuisiōne <sup>separatio propria</sup> cerit, haec namque propriæ differentiae sunt substantiæ. At non recte, si ita dixerit: Substantia <sup>superponere</sup> rum alia animata, alia inanimata est. Siquidē haec corporis, non substantiæ differentiae sunt, id est secundi, non primi generis. Quare mani <sup>Epilogus</sup> festum est, secundum proprias differentias diuisiōne faciendam esse, quoties per differentias genus distribuendum venit.

## DE DIVISIONE TOTIVS IN

partes, & quot modis totum dicatur,  
& de partium inter se differentia.

**T**otum quoniam multipliciter dicitur, est  
ius quoque in partes multiplex diuisio est. <sup>totū hanc</sup>  
Dicitur namque totum aliud quidem secundum <sup>summatim</sup> quantitatem, id est duobus modis. Nam <sup>concreta</sup> sunt <sup>formam quantitatem</sup> aut continuum id est, ut corpus: aut discretum,  
ut grex, item exercitus & populus. Aliud vero in unius de-  
ro quod universalē appellatur, ut animal, &  
unumquodque superius, si ad eius referatur infe-  
rius. Aliud quod totum in modo dicitur. Alio modo  
autem, quod ex quibusdam velut virtutib-  
us & potentiis constat, ut anima. At hinc nūc <sup>modo ex potentib</sup> exempla subiungamus oportet. Totum igitur

## DE DIVISIONE

quas partes proportionales quidam vocant:  
aut secundum tempus, ut cuius terminus inue-  
niri non possit: aut secundum potentiam, quē  
admodum deum infinitum esse dicimus. Alia  
item diuisio est, qua cum determinatione vox  
aliqua significare dicitur, vel sine determinati-  
one, ut homo, quae vox quando sine determi-  
natione dicitur, quod quidem est cum simpli-  
citer profertur, facit in intellectu audientis du-  
bitationem, quae tamen protinus tollitur, si de  
terminatio aliqua adiiciatur, ut omnis homo.

## DE DIVISIONE QVAE secundum accidens fit.

*animis subiecti  
in animalia* **P**orro eorum quae secundum accidens di-  
uiduntur, alia est diuisio subiecti in acci-  
dentialia, ut animalium, aliud mansuetum,  
aliud ferum, aliud medie inter utruncq; nature,  
quemadmodum & a Plinio id annotatū est:  
*animis accidentibus  
in subiecta* Alia accidentis in subiecta, ut feritatis, alia ser-  
pentis, alia volucris, alia reliquarum beluarū  
*animis accidentibus  
in accidens* est: Alia demum accidentis in accidentalia, ut cā-  
didorum, aliud durum, ut margarita, aliud  
molle, ut lac, quae etiam diuisio vicissim in al-  
terutra membra mutari potest, ut eorum quae  
dura sunt, aliud album est, ut alabastrum, ali-  
ud nigrum, ut ebenum: ac rursus eorum quae  
mollia sunt, aliud album, aliud nigrum.

## DE QVIBVS DAM LEGIBVS, ut recte diuisio fiat, obseruandis.

Vt aut̄

*de legibus re  
te animalium*

## TRACTATVS VIII.

**V**T autem recte ipsa diuīsio procedat, certae leges obseruandæ produntur. *Prima*, ut differentiæ, per quas genus in species diuiditur, è regione constituantur, & inter se oppositæ sint. Hinc nullus recte dixerit, animalium aliud ratiōale est, aliud bipes, idcirco & rationale & bipes, licet differat, nulla tamen à sc̄ inuicem oppositione sciunguntur. *Huic* sane legi etiam subiacet ea *diuīsio secundū* *amēns* diuīsio, quæ secundum accidens fieri dicta est. *Secunda*, ut quicqđ in diuīsio continet, id totū *tertia* *commodet* *tertia*, membra diuidentia explicitent, hoc est, ne quid ultra citraue dicatur, quoties quippiam diuīsio dendum est. Alioqui aut superflua, aut diminuta erit facta diuīsio, id quod etiam in definitiōne cauendum est. *Tertia*, ut si fieri commodeat, *tertia*, possit, diuīsio omnis bimembris sit, id quod in definitiōne eodem modo requiritur. Verum quo minus illud fiat, vocabulorum indigena plārunc impedimento est, vt cum quærerit quispiam, quid est homo? respondenti mīnime necesse foret dicere, animal rationale mortale, si id quod est animal ratiōale, proprio nomine nuncupatum esset, quod deinde cum res liqua differentia iunctum, nempe mortali, definitionem hominis verissima atqđ integra oratione perficeret. Eodem sane modo & diuīsio ipsa duobus tantum terminis perficeretur, si non interdum propria vocabula decissent, ut cum dicimus: *Figurarum*, quæ quidem trilat̄ *Exempli*.

N

## DE DIVISIONE

teræ sunt, aliæ sunt æquilateræ, aliæ totæ inæquals. Hæc trimembris diuisio duobus clauderetur terminis, fieretq; bimembbris, si ita proferretur: Figurarum quæ trilateræ sunt, aliæ sunt æquales, aliæ inæquales. Inæqualium rursus, aliæ sunt duo tantum latera inæqualia habentes, aliæ tria, hoc est, omnia simul. Sic cum dicimus, rerū alia bona sunt, alia mala, alia indifferentia: Qualia sunt, quæ nec bona, nec mala sunt. Hæc quidem diuisio trimbris quoq; est, at bimembbris sit, si ita dicatur: Rerum alia sunt differentia, alia indifferentia. Differentium item, alia bona, alia mala. His tribus iam expositis legibus, quarta demum accedat, quæ est huiusmodi: Quoties genus aut in differētias, aut in species dissoluitur, post factam diuisionem, eorum per quæ diuisio fit, definitiones atque exempla protinus subdenda sunt. Atq; in hoc absolutus tractatus octauus.

## IN TRACTATVM NO num de locis dialecticis Præfatio.

# TRACTATVS IX.

7000 f. 11v



VPEREST PARS  
illa dialecticæ, quæ locos  
nobis subministrat, è quis  
bus argumenta veluti eras  
untur, atq; ea quidem pos  
tissimum, per quæ de qua  
uis re, imo vero & de prin  
cipijs etiam disciplinarum

probabiliter disputare cōtingit. Vnde eveniss  
se reor, quod dialectica ipsa à quibusdam di  
cta est ars artiū, & scientia scientiarū, ac pind  
digna iudicata, q; primū locū inter artes atq;  
scientias oēs obtineat. Tū & eodē iure disputato  
ria ars appellef, id qđ nō omen ipm apd græcos  
plane idicat, qppē qđ nō aliūde deduci certū ē,  
q; à græco ybo διαλεγο μω, qđ pter alia, q; signi  
ficat, disputo q; apd nos significat, id qđ faci  
le ijs p cōperto esse potest, q; vel mediocriter il  
lis gētis lingua callēt. Quā q; im pbant, ac per  
hoc vt inutile cōtēnūt, hi mihi vident, vel ins  
uicia torqri, vel stupore grauari, adeo vt sint  
plane sine omni iudicio. An ijdē nesciūt à Quin  
tiliano pbatissimo, grauissimoq; studiorū cen  
sore suasum esse, vt à græco sēmōe pueri initis  
um disciplinarū capellant? Nec iniuria quidē,  
quippe q; (vt idem autor est) à Græcis ad nos  
oē bonæ artes manarint: sed hi, vt video, sicut  
ti nihil probant, nisi quod ad suum faciat pala  
tū, ita Gryllum suum ducē (vt est apud Plutar  
chū) sequentes per loca inculta prorsus, sterilis

N ii

## DE LOCIS DIALEC.

acq; et pene deserta, glandibus adhuc vescim  
lunt, quam per amoenos atq; feraces campos  
spaciantes, optimas colligere fruges, vnde p<sup>st</sup>  
be pascantur. At de hoc latis superc<sup>p</sup> ad præsens.  
Cæterum in hac parte de locis id præstis  
tit, quod nec ante, nec post aliis quispiam, Ro  
dolphus Agricola ē Frisia, quæ Germania  
haud ignobilis prouincia est, vir profecto  
non satis laudatus, etiam à laudatissi mis viris  
Hermolao Barbaro & Erasmo Roterodamo,  
cuius proinde si etiam vestigia imitari velim,  
vix potero. Ita enim omnia & grauiter & acu  
te ab eo tradita sunt, vt veluti maiestas quædā  
in his elucere videatur. Tamen si quid obiter  
apud cundē inuenero, quod ad rem nostrā fa  
ciat, faciet autem haud dubie plurimum, haud  
grauabor huic parti inserere, quantum quidē  
nostra hæc institutio ferre possit.

## DE UTILITATE DIALEC Ticx.

**Q**uoniam igitur hæc pars (vt dictum  
est) peculiari nomine dialectica appell  
atur, de utilitate eius pauca nobis ex  
Aristotle dicenda videntur, priusq; locos ip  
sos aggrediamur. Est aut̄ utilis (vt ille ait) ad  
tria, ad exercitationes, ad colloquia, & ad eas  
quæ sunt secundum philosophiā, disciplinas,  
quæ eadem Græce idem his verbis expressit:  
*προς γυμνασίας, επ τετέφει, καὶ τὰς Κληρού  
Ωκληρίας.* Ad exercitationes quidem fas  
ne utilis est, quia methodum hanc habentes,

## TRACTATVS IX.

facile de proposito quouis argumentari poterimus. Ad colloquia vero, eo quod multorum recensentes opiniones, non ex his quae extra hea sunt alicui disciplinæ, sed ex proprijs sermocinabimur ad eos, vel potius contra eos, transmutantes, si quid ab his nobis perperam dictum esse videatur, quod quidem tum maxime fieri consuevit, cum inter confabulandū (ut sit plerūq; vel in congressu, vel in conuictu) quicquam proponebat discutiendum. Cuiusmodi profecto colloquia illa videri possunt, quæ apud Au. Gellium in noctibus Atanticis, et apud Macrobius in Saturnalibus passim leguntur. Adeas porro, quæ sunt secundum philosophiam, disciplinas, utilis omnino est, quod cum possimus ad utramque partem disputare, facile in singulis intuebimur quid verum, vel falsum sit. Præterea autem & ad prima eorum, quæ in unaquaque disciplina principia sunt, utilis probatur. Nam ex proprijs propositæ alicuius disciplinæ principijs diceantur disputare de ipsis, impossibile est, eo quod in unaquaque disciplina prima omnium principia sunt. Atqui id multo commodissime fieri potest ex probabilibus, qualia præsertim in hac arte traduntur, quæ cum sit inquisitiua, ad omnia methodorum principia viam habere dicitur. Sed nunc quid sit locus deinceps dicamus.

## DE LOCO QVID SIT, TUM

& de arguento ipso.

N iij

## DE LOCIS DIALEC.

**L**ocus igitur est (ut ab Aristotele & Cicerone definitur) sedes argumenti, quae definitio (si tamen definitio dici meretur) ab eodem Cicerone à similitudine instituta esse monstratur. Ut igitur (inquit) earum rerum, quae absconditae sunt, demonstrato & notato loco facilis inuentio est, sic cum peruestigare argumentū aliquod volumus, locos nosse debemus, quibus argumenta ipsa promūtur. Argumentum deinde ab ipso quoque definitur, ratio rei dubiae faciens fidem. Itaque locus est, veluti publicum receptaculum, & (ut Rodolphus Agricola ait) thesaurus quidam, in quo facade fidei instrumenta deposita sunt. Haec nimirum sunt ipsa argumenta. Argumentum igitur, quod fidem rei dubiae facit, hoc est, rem dubiam probat, à loco aliquo educatur oportet.

**D E M V L T I P L I C I A R G V M E N**  
ti significatione, & quemadmodum ab argumentatione differat, quod hic argumentum vocamus.

**A**Rgumenti sane multiplex significatio à Quintiliano traditur. Siquidem & fabulæ ad actum scenarum composite, argumenta dicuntur. Rursus, omnis ad scribendum destinata materia, argumentum appellari potest. Et argumenta etiam dicuntur orationes velut themata, quemadmodum de Ciceronis orationibus Asconius Pedianus exponit: Argumentum (inquit) huius orationis tale est. Ve-

## TRACTATVS IX.

Rum nullum horum tale argumentum est, quæ  
le hic quæritur ab arguendo dictum, q̄ videli  
cer rem arguat, hoc est, probet, nam arguere  
veteres etiam ostendere dixerunt. Hinc illud  
Vergil. Degeneres animos timor arguit. Hoc  
inquam, tale argumentum ab argumentatio  
ne differt, q̄ argumentatio est verborum con  
textus, certum aliquid ex ijs quæ antece  
dunt, concludens, ut syllogismus & indu  
ctio. Argumentum vero ipsius argumenta  
tionis ratio, quod & medium nonnunquam  
dicitur. Ac proinde ut in corpore anima, et in  
anâ rursus mens, ita in argumentatione argu  
mentū. Igit̄ vis illa atq; sententia & ratio, q̄ or  
ratione claudit̄, cū aliqd probat̄, ambiguū ar  
gumentū vocat̄. Ipsa vero argumēti elocutio  
expressioq; argumentatio dicitur. Vnde & à  
Boetio ita definitur: Argumentatio est argu  
menti per orationem explicatio.

## DE QVÆSTIONE, QVID SIT.

& quemadmodum ab enūtiatione, pro  
positione, & conclusione differat.

**E**rgo cum argumentum sit ratio, quæ rei  
dubiae fidem faciat, quid hoc loco res du  
bia v̄ocetur, inuestigandum quoq; est.  
Itaq; sciendum quod res dubia haud quippiā  
hic intelligi debet, quam propositio dubitabi  
lis, quæ proinde q̄stionis sibi nomen inuenit,  
atq; sortita est. Quādoquidē q̄stio, dubitabi  
lis p̄positio definiiri solet. Quo circa q̄stio nō  
N iiiij

## DE LOCIS DIALEC.

Simpliciter propositio dicenda est, sed quæ cū interrogationis nota proponitur, vt nunquid anima immortalis est? Eadem tamen oratio, si simpliciter proferatur, nempe citra interrogacionis notam, quatenus videlicet aliquid de aliquo enunciat, enunciatio dicitur: Quatenus vero ipsa syllogismi alicuius pars sit, proposizio appellatur. Insuper & conclusio esse potest, cum ex sumptis propositionibus collecta fuerit facto syllogismo, aut utcunq; aliter probata, conuenienti adhibito argumento. Est enim conclusio argumento vel argumentis probata propositio. Sed illud exemplo nunc ostendamus. Age igitur quæstio sit. Num anima immortalis est? Id ita quispiam probauerit, tali principio ex Platone desumpto: Quicquid semper mouetur, immortale est: anima autem semper mouetur, anima igitur immortalis est, atq; ita eadem oratio, quæ prius in dubitacionem adducta, quæstio proinde erat, postea facta est conclusio. Quæ, si in altero syllogismo pars sumpta fuerit, propositio dicitur, & ante hoc enunciatio. Igitur quæstio, propositio, enunciatio, & conclusio, subiecto, recipi ipsa id sunt, et si ratione distinguantur.

QVO PACTO LOCVS SEDES  
argumenti intelligatur, & de loci divisione.  
**S**ed nunc etiam aperiamus oportet, quo pacto intelligi plane possit quod dictum est, Locus est sedes argumenti. Sane

## TRACTATVS. IX.

id ipsum aperire, nō paruam huic parti lucem  
afferre videbitur. Itaq; dicamus ex Boetio. q;  
sedes argumenti, partim maxia propositio in  
telligi debet, partim maximæ propositionis  
differentia, in quæ etiam, veluti membra que  
dam locus ipse diuiditur, vt sit ipsius diuisio  
huiusmodi: Locorum alius ē locus maxia, ali  
us locus differētia maximæ. Porro maxima  
propositio quæ dicitur, aliquoties quidem in  
tra ambitum argumenti continetur, hoc est,  
si iþi argumentationi inseritur: aliquoties vero ex  
tra posita, vim tamen argumenti supplet ac  
perficit. Age igitur exemplum subſciamus  
eius argumenti, intra cuius ambitū maxima  
propositio continetur, ſitq; quæſtio: An fit re  
gnum melius consulatu? Itaq; argumentatio  
hoc pacto: Quod diuturnius bonū eft, melius  
eo eft quod minus diuturnum eft, regnum au  
tem diuturnius eft quam consultatus, regnū  
igitur melius eft quam consultatus. Huic  
nimirum argumentationi maxima proposi  
tio inserta eft, quæ quidem eft, quod diutur  
nius bonū eft, melius eo eft quod minus diu  
turnum eft. Quæ præterea ita nota eft, vt ex  
trinsecus probatione nō egeat, quinimo ipsa  
alijs probatio eſſe potest: Et quia inde nascitur  
argumentū, recte locus, i.e. ſedes argumenti vo  
catur. Rurſus subſciatur exēplum, in quo ex  
tra posita maxima propositio, nihilominus  
vim affert argumento. Sit ergo alicui propo

## DE LOCIS DIALEC.

situm ostendere, q̄ inuidus sapiēs nō est, à quo proinde huiusmodi nectatur syllogismus:  
Qui inuidus est, alienis affligitur bonis: at qui sapiens bonis alienis nō affligitur, sapiens igitur inuidus non est. Hic quidem maxima propositio inclusa non est, sed extrapolata, vim tamē argumentationi ipsa subministrat. Est em̄ huic argumentationi fides ex ea propositione, q̄ dicit: Cuicunq; definitio non conuenit, nec ipsum definitū. Insuper & argumentum, quo fides rei dubiæ facta est, à definitiōe deducitur est. Sciendum autē q̄ argumenti nomine, tum hic, tum alibi, nunc quidem maxima propositio, imo & tota ipsius argumentatiōis probatio intelligitur, nunc ipsa argumentatio, quæ maxima propositione cōfirmari solet, id qd̄ his quoq; verbis Quintilianus aperte indicat libro. v. ubi de argumentis disputat: Hoc em̄ nomine ( inquit ) complectimur omnia quæ græci enthymemata, epichiremata, & apodiceis vocant. Interim vero & terminus, qui medius constituitur, quoties alijs duobus adiunctis, argumentatio contexitur, ac per hoc vim tenet probationis.

QVID SIT LOCVS MAXIMA ET  
quid locus differentia maximæ.

**E**X his igitur q̄ dicta sunt manifestū euadit, q̄ locus quidē maxia est vniuersalis & principalis & indemōstrabilis, atq; ita per se nota ppositio. Cuiusmodi est maxima

## TRACTATVS IX.

illa supraposita: Cuicūq; definitio nō cōuenit nec ipsum definitum, & id genus aliæ. Ideo autem vniuersales & maxime propositiones dicuntur, qm̄ ipsæ sunt quæ cæteras continent propositiones, quippe per quas cōsequens, & rata conclusio fit. Locus vero differētia maximæ est, q̄ maxima à maxima differt, vt si dicā à definitione, aut à definito, aut ab alio quo usus huius generis communi termino. Siquidē per hunc iā maxima propositio, in qua ipse ponitur, ab ea differt maxima, in qua idē terminus, vel nō ponitur omnino, vel si ponitur nō tñ qui argumentū præstet ad fidē rei dubiæ faciendā. Quare ab illa iā aliquoties repetita maxima, hæc differt maxima: Cuicūq; nō conuenit definitū, nec ipsa definitio, propterea q̄ tñ et si idem terminus in vtracq; ponitur, ab eodem tñ in vtracq; non sumitur argumentum. Vnde illarū duarū maximarū, altera à definitione, altera à definito, vt nomen, ita differentiam accipit. Atq; id ipsum quidem est, quod Boetius his prope verbis innuere visus est: Differentiae ( inquit) maximarum propositionum idcirco dictæ sunt, q̄ cum plurimæ sint propositiones, quæ maximæ vocantur, per has illæ veluti differre inter se dinoscuntur, vt cū ex quibus terminis maximæ propositiones cōstituātur, per ipsas nomine expresso indicantur. Itaque non in eo q̄ maximæ sunt, inter se differunt, sed in eo q̄ hic à definitione,

## DE LOCIS DIALEC.

ille à definito, & hic rursus à genere, aut à toto  
locus dictus sit. Præterea si maximæ proposi  
tiones loci argumentorum sunt, & differentiæ  
as maximarum locos esse necesse est. At de his  
quidem hactenus. Nunc propositum prosc  
quamur, hoc est, rem ipsam quam quærimus,  
aggrediamur.

QVO PACTO LOCI DIFFEREN  
tiarum maximarum diuidantur.

**R**estat igitur, ut posthabita locorū ma  
ximarum diuisione, eos deinde subdivi  
uidamus locos, qui maximarum diffe  
rentiæ dicti sunt, idq; ob eam in primis com  
moditatē, q; hi illis pauciores sint, quippe que  
cos cōtineant ut vniuersaliores. Vnde & per  
hos facilior transitus fiet, attestante id ipsum  
Aristotele in Topicis libro II. Accedit, q; ex  
horum diuisione rem, quam quærimus, cūtius  
assequī poterimus. Sit autem diuisio huiusmo  
di: Locorum, qui maximarum differentiæ di  
cti sunt, aliij ab his ducuntur terminis, hoc est,  
nomē accipiunt, qui in quæstione positi sunt,  
aliij extrinsecus sumuntur, aliij inter hos mediij  
sunt. Sed illud nūc animaduertendum hic est  
q; cum dicitur ab his terminis, qui in quæstio  
ne positi sunt, id cum primis intelligendū est  
ab altero illorum. Nam cum duo sint in una  
qualibet pposita quæstione termini, subiectus  
vnus, & prædicatus alter, ab horum altero lo  
cus differentia maxime nomen accipit. Ut sit

## TRACTATVS IX.

proposita quæstio. Est ne concha animal? in  
hac duo sunt termini, animal & concha, dubi-  
tatur autem, vtrum animal de concha prædi-  
cetur. Tertius proinde restat inueniendus, qui  
illos duos connectat, atq; id quod propositū  
est, ita esse confirmet, vnde & medium appella-  
tur, & ratio, & argumentum. Hic iam tertius  
terminus ab altero illorum nomē accipiet, vt  
pote quod ad eum sit aut vt definitio, aut vt  
definitum, aut vt genus, aut vt totum, aut  
vt causa, aut quomodo cunq; aliter. Vt sit ex  
empli causa, tertius iste terminus, animalis de-  
finitio, quæ est, substantia animata sensibilis.  
Tunc sic argumentor: Concha est substantia  
animata sensibilis, igitur concha est animal,  
quod nimirum iam antea dubitari poterat, cu-  
ius dubitationis scrupulus hinc pendere vide-  
tur, q; conchæ nec vident, nec vñlum aliū sensi-  
sum habeant, q; cibi & periculi, hoc est, gustus  
& tactus, autoribus Aristotele & Plinio. Er-  
go qui tertius accessit terminus, à definitione  
alterius è duobus, veluti è loco aliquo edus-  
ctus, hunc scrupulum sustulit, factusq; est illiz  
us argumentationis probatio & argumentū,  
cuius deinde maxima superueniens proposi-  
tio (quæ quidem est. De quo cunq; prædicat-  
ur definitio, & definitum) omnem tollit dubi-  
tationem, ambiguitatemq; si forte interim du-  
bitabatur adhuc, quænam sit ipsius definitio-  
nis ad definitum habitudo.

## DE LOCIS DIALEC.

DE tribus locis qui à substantia dicuntur.

**T**erminorū porro, qui in quæstione pos-  
nuntur, alij, substantiam rei indicant, alij  
ipsam consequuntur substantiā. Substan-  
tiam rei indicant, siue à substantia termini di-  
cti sunt, quicunq; in definitione vel sola consi-  
stunt. Definitio quippe est, quæ substantiam  
rei monstrat indicatque. Sed id iam exemplo  
patefaciamus. Age igitur, queratur an arbor  
sit animal, sicut huiusmodi argumentatio.

Animal est substantia animata sensibilis, arbor  
autē substantia animata sensibilis nō est, nō est  
igit arbor animal. Locus quidē differētia ma-  
xime, à definitiōe. Locus vero maxima: Cui  
cunq; definitio non cōtenit, nec definitū. Præ-  
terea autē & quoties à descriptione argumen-  
tū ducitur, locus à substantia dici potest. Nā  
vt definitio substantiam rei monstrat per gē-  
nus & differentias, ita descriptio eiusdem intel-  
ligentiam claudit, quibusdam accidentibus  
vnam proprietatem, quæ rei conueniat, effici-  
entibus, vel substantialibus differentijs præ-  
ter conueniens genus aggregatis. Quod quis-  
dem tum maxime contingit, cum prima gene-  
ra describuntur. Huius tale sit exemplum: Al-  
bedo nullis subiaceat accidentibus, ergo albe-  
do substantia non est. Etenim substantia est,  
quæ omībus subiaceat accidētibus. Locus quis-  
dem differentia maxime, à descriptione. Loci  
cus vero maxima: Cuicunq; nō cōuenit descri-

## TRACTATVS IX.

Ptio, nec descriptū. Præter hos duos a substantia locos, tertius est, qui à nominis interpretatione dicitur, quē M. Cicero notationē, Ari stoteles symbolum vocat, illis haud multū ab similis. Siquidē interpretatio nomīis eius rei, quæ nomine ipso significatur, quedam quasi designatio est. Ab hac argumentū ducitur, si queratur. Vtrum philosophiæ studendū sit. Ad quod probandum talis instituitur syllogismus: Philosophia amor sapiētiæ est, atq; sapientiæ esse studendū nemo dubitat, Philo igis tur studendū est. Locus quidem differētia maxime, ab interpretatione. Locus vero maxima. Cui nominis interpretatio cōuenit, & ipsum nomē cuius interpretatio facta est. Sane hoc loco recte vti possunt ī, qui linguarū im periti non sunt. Siquidē interpretari nihil aliud est q̄ lingua unā per aliam exponere. Fit ramen & in eadem nonnunquam lingua, vt los cuples dicitur qui locis abundat, hoc est prædijs & possessionibus. Cauendum autem nē temere quicquam interpretetur, quemadmodum ī solent, qui nullius prope linguæ satagunt. Quo fit, vt īdem dictum lapidem esse interpretentur, q̄ pedem lēdat: & pestrā, q̄ pedibus quasi trita sit, cum vtruncq; græcam originē habeat, id quod Lau. Valla quoq; attestatur. Insuper & alia plērāq; ad eū dem interpretātur modum, ridicule videlicet magis q̄ scite. Neq; vero nominis interpreta

## DE LOCIS DIALEC.

tio ob id dicenda non est, si ad viuum (quod dicitur) non reddiderit id quod interpretandum proponitur, ut cœlum, quod (ut Varro interpretatur) quasi coelatum dictum est. Nec item refert, si non rei cui attribuitur, omni ex parte conueniat, ut Philippus, quod nomen interpretatur, amator æquorum. Quid si in omnibus conueniat, qui hoc nomine vocentur: dummodo tamē illi conueniebat, cui primum impositum est, patri fortassis Alexan. Magni. Ex quo frustra mihi laborare videntur hi, qui duplice nominis interpretationem inducunt: Vnam quidem, quæ cum interpretatione conuertatur: alteram vero, quæ conuertibilis non sit. At nunc illud potius sci re debemus, q̄ per dictos locos varie argumentari possumus, nunc subhiciendo, nunc praedicando, eundem terminū, atq; ipsum etiam de aliquo nunc construendo, nunc destruendo, Tum & conuerso ordine totidē modis, verbi gratia, à definito, à descripto, ab interpretatione nomine. Simulq; & maximas ipsas toties variare, id quod studiosus huius artis facile ex seipso intelliget, alioqui inutilis prorsus qui huic studio addicatur. Sed iā ad reliquos huius diuisionis locos transeundum esset, nisi illud succurreret prius admonendū, q̄ ut à definitione ad definitum, à descriptione ad descriptum, & à nominis interpretatione ad interpretationatum, firma est & perpetua consequēdi ratio

## TRACTATUS IX.

di ratio, ita & proprio, ad id cuius est proprium,  
& contra, vt si quid risibile est, idem homo est.  
Hinc & equus mansuescere posse probatur, cū  
animal sit disciplinæ capax, iuxta illud Hora.  
Fingit equum tenera docilem ceruice magis-  
ter. Ire viam, quam monstrat eques. Locus q̄  
dem differentia maximæ à proprio. Locus ve-  
ro maxima, Sic cui proprium alicuius rei con-  
uenit, & id cuius est proprium.

## DE HIS LOCIS, QVI TERMI norum substantiam consequuntur.

**H**is ita præmonitis, eos iā aggrediamur  
locos, qui terminorum substantiam co-  
sequuntur, Horum sane multifaria di-  
uisio est: Siquidem plura sunt, quæ singulari-  
bus substantijs adhærescunt. Ex his igitur alij  
à toto dicuntur, alij à partibus, alij à causis, as-  
lij ab effectibus, sive vt Cicero ait, ab effectis,  
nonnulli à generatione, & à corruptione, & as-  
lij item ab vñibus, quidam etiam à communis-  
ter accidentibns. Sed ex his omnibus primus  
exponendus venit, qui à toto dictus est: quod  
vt commodius fiat, quot modis ipsum totum  
dicatur, subiçere oportet. Dicitur autem totū  
duobus modis: Aut enim vt genus, quod &  
totum vñle dicitur, aut vt id, quod ex partib.  
integratur. A toto igitur, quod & genus est, ar-  
gumentum ducitur, vt si quæratur, an iustitia  
sit bona, fiatq; syllogismus hoc modo: Omnis  
virtus est bona, iustitia autē virtus est, iustitia

O

## DE LOCIS DIALEC.

igitur bona est. Locus quidem differentia maxima, à toto, hoc est, à genere. Locus yō maxima, Quę generi adiunt, & speciei. Rursus sit quęstio, an humanę res prouidentia regantur. Dicimus ergo sic. Mundus prouidentia regit, humanae aut̄ res in mundi partes sunt, humanę igit̄ res prouidentia reguntur. Locus quidē differentia maximae, à toto, i. ab intregero, qđ partibus constat. Locus yō maxima, Quod toti sum illo argumenta ducunt, ita & cōtra ab vī triusq; partibus duci possunt. Itaq; à partibus totius, quod genus est, argumentū dicitur, vt si queratur. An virtus sit mentis bene compositione habitus, & fiat syllogismus hoc pacto: Iustitia, fortitudo, temperantia, atcq; prudētia, habitus sunt mentis bene cōpositae, & hæc quatuor vni yō tūti velut generi subiiciunt, virtus igit̄ mentis bene cōpositae habitus est. Locus quidē differentia maxime, à partibus totius sive generis. Locus yō maxima, Quod singulis inest partibus, id toti inesse necesse est. A partibus aut̄, quae integrī partes esse dicuntur, argumentum dicitur, vt sit hęc quęstio, Est rhetorica vtilis? Dicimus hoc modo, Inuētio vtilis est, & dispositio, & elocutio, & item memoria, & pronunciatio: & hæc quinq; rhetoricae partes sunt, vt ex quibus ipsa integratur, rhetorica igit̄ vtilis est. Tum yō & per destruētionē argumētatio procedit, vt si querat quis

## TRACTATVS IX.

piam, num hic, quem seruum esse constiterit,  
liber sit? Hunc si quis non esse liberum mōstra-  
re velit, hic dicet: Si neq; censū, neq; vindictā,  
neq; testamento liber factus est, liber non est,  
at nulla earum parte liber factus est, non est igit  
tur liber. Locus quidem differentia maximæ,  
a partibus, siue (vt Ciceroni placet) à partium  
enumeratione. Locus yō maxima, Si omnes  
partes à re qualibet abiunctæ fuerint, & totū  
necessario abiungetur.

## DE ALIIS QVIBVS DAM MO- dis totius.

**S**Vnt præterea ab his duobus modis alijs  
modi totius. Namq; & totū dicitur in quā  
titate, & totum in modo, & totum in tem-  
pore, & totū in loco. Quorū tamen duos po-  
steriores sub toto in quantitate cōpræhendere  
plane licet. Horū yō partes sunt, quæ sub ipsis  
particulariter sumuntur. Totū ergo in quantis  
tate est cum vniuersaliter quicq; dicitur, vt est  
omne animal: cuius partes sunt, hō, leo, bos, &  
aliud qdūis animal. Totū in modo dicitur, cū  
simpliciter aliquid pponitur, vt hō, aut ambu-  
lat. Pars vero in modo est, quoties idē cū adie-  
ctioē aliqua pponit, vt homo literat⁹, aut am-  
bulat pedetentim. Totum in tempore est, vt cū  
dicimus semper, cuius partes sunt, nūc, hodie,  
aliquando. Totum in loco, vt cum dicimus,  
vbique: cuius partes sunt, hic, alicubi, Rome.  
At horum omnium nunc exempla subiçianſ.

## DE LOCIS DIALEC.

Igitur à toto ad partem secundum quantitatē exemplū sit. Si in omnibus est verus vates A<sup>s</sup> pollo, & in hoc verus esse perhibet, qd dixit, Aio te Aeacida Romanos vicere posse. A to<sup>r</sup>o aut ad partē secundū tempus, vt si deus semp est, & nunc est. Rursus à toto ad partē secundū locū, vt si ubiq̄ deus est, & hic est. Cæterū in his haud quaq̄ id consequē ē, si à parte ad totum, argumentū ducit, nisi per negationē siue destructionē, vt nō est hic, ergo nec ubiq̄ est. At vero, à parte secundū modū utiq̄ recte argumentatio procedit, licet nō cōtra, vt si quo quo mō mouet deus, & simpliciter mouetur, irascitur aut deus, ergo mouetur, &, si quis p̄ detentim ambulat, & simpliciter ambulat. Talibus fere exemplis, tum hic, tum alibi per hūc tractatū, si cui id magis libeat, vtī omnino posst, vt à toto vniuersali siue à genere, ad species siue partes, per destructionem quidem, vt si non est animal quod eminus videtur, ergo nec homo est, nec equus. Per constructionem vero, vt homo est aut equus, ergo animal. Sic & à toto, quod partibus integratur, ad ipsas partes, per constructionem quidem, vt domus est, ergo tectum est, & parietes, & fundamen<sup>tum</sup>. Per destructionem vero, vt si non est paries aut tectum, aut fundamentum, neque dominus est.

DE LOCIS Q VI A CAV<sup>s</sup>  
sis, dicuntur.

## TRACTATVS. IX.

**A**Causis loci dicuntur, vel ab efficiente,  
vel à materiali, vel à formalí, vel à fina  
li, tot enim modis causa dicitur. Et effi-  
ciens quidem causa est, quæ principium mo-  
tus præstat, ut aliquid fiat. Materia, quæ for-  
mas rerum subiecta suscipit, forma autem, quæ  
cuiuslibet rei species ē & ratio. Finis vero, cuiq;  
gratia aliquid fit. Effectus porro, qui ad has se-  
quitur. Ab efficienti igitur causa argumentū  
ducitur, ut si quis iustitiam naturalem esse os-  
tendere voluerit, & dicat hoc modo. Congre-  
gatio hominum naturalis est, homo quippe  
naturaliter ciuile animal est. Iustitiam vero ho-  
minum fecit congregatio. Iustitia igitur natu-  
ralis est. Locus q.d.m. à causa efficiēte. Locus  
vero max. Quorum efficiens causa naturalis  
est, ipsa quoq; naturalia sunt. A materiali ve-  
ro, ut si quis Mauros non habere arma contē-  
dat, idcirco quod ferrum eis defit. Vel hoc mo-  
do: Ferrum non est, igitur gladius nō est. L. q.  
d. m. à causa materiali. L. v. m. Si non est causa  
materialis, necq; ipsa quæ ex ea conficiuntur, es-  
se possunt. A formalí autem, ut si quis probet  
Dædalum non potuisse volare, quoniam nul-  
las naturali forma pennas habuisset. L. q. d.  
m. à causa formalí. L. ue. m. Tantum vnumq;d  
q; potest, quantum forma eius naturalis per-  
mittit. A fine, siue à causa finali argumentum  
ducitur, ut sit propositum, an iustitia bona sit,  
satque hoc modo argumentum: Si beatum

## DE LOCIS DIALEC.

esse bonū est, & iustitia bona est. Hic est enim ius-  
titię finis, vt si quis secundum iustitiā viuat, ad be-  
atitudinē perducat. L. q. di. m. à fine, siue à cau-  
sa finali. Lo. ve. max. cuius finis bonus est, ip-  
sum quoque bonum est.

## DE LOCIS, QVI AB EFFECTI bus dicuntur, & ite à generatione & à corruptiōe.

**A**B effectibus quocque harum, argumenta-  
ducuntur. Verū ad hoc ipsum scire oportet, duplē esse cuiuslibet effectus cau-  
sam: necessariā, vt sine qua effectus esse nō po-  
test, & sufficientē, q̄ certe hūmōdi est, vt si adsit,  
impossibile sit effectū non esse. Itaque ab effectu  
ad causam necessariā, ita argumentari possumus  
per constructionē, Gladius est, ergo ferrū est, &  
domus est, ergo intritū est, & lapides, aut ligna  
Lo. quid. diffe. ma. ab effectu ad causam necel-  
sariā. I. o. ve. max. Posito effectu, ponitur et ei-  
ius necessaria causa. Rursus ab effectu ad cau-  
sam sufficientē per destructionē potius q̄ per  
constructionē, q̄n̄ cōstruendo argumentationē,  
nō semper evenit, quod inferre volumus. Vn-  
de nō recte sequit. Hic interjet, ergo iugulatus  
est. Siquidē id evenire posset alio quouis casu,  
aut letali morbo correpto alicui. Destruendo  
tū ratū est quod inferit, vt nō interjet, ergo iu-  
gulatus non est. Item, lumen solis non est, ergo  
cuius lux non est. Præterea scire debemus, q̄ ex  
ipsis causis latior patet argumentādi campus  
autore Hegio. Itaque ab efficacitate quidem cau-

## TRACTATVS IX.

Si arguere possumus, statuam cōmendabilem  
esse, quia Phidias eam fecerit, aut Polydetus,  
aut praxiteles. Hinc illud Ouidij: Materiam su-  
perabat opus. A materia vero, res preciosas  
aut viles esse, quippe q̄ tela serica preciosior  
sit lanaea, & lanaea item linea. Et iuxta Horati  
sententiam, Vilius argentum est auro. Hinc eti-  
am scientia de anima, honorabilior ab Ari-  
stotele dicta est, cetera quavis de natura parte.  
A formis autem res extare, & item dignas, &  
minus dignas esse, ut hominem, q̄ rationale  
animal sit, digniorem quolibet animali. A fine  
res bonas sive utiles, ut exempli causa, libera-  
les artes, q̄ bonos & utiles habeant fines. Cæ-  
terū qui ab affectibus dict⁹ est locus, hūc Boe-  
tius eundem esse dicit, cum loco à generationi  
bus. Sed nos eos sc̄iunximus, q̄ generatio vi-  
delicet non sit quæ ad causas ipsas sequatur, cu-  
iusmodi tamen effectus definitur, sed quæ po-  
tius via quædam sit ad effectus producendos,  
quæadmodū corruptio ad eorum desitionem.  
Atqui horum speculatio aliū postulat locum.  
A generatiōe igitur argumētū ducit hoc mō:  
Affuetatio ad virtutem bona est, igitur vir-  
tus bona est. Lo. q. diff. max. à generatiōe. Lo.  
vero max. Cuius generatio bona est, ipsum  
quoq; bonū est. A corruptione vero, ut de-  
suetatio à virtute bona ē, igit̄ virtutē malū ē. Lo.  
qu. diff. max. à corruptione. Locus vero ma.  
Cuius corruptio bona est, ipsum quod corrū-

## DE LOCIS DIALEC.

pitur, siue quod corruptum est, malum est. Sane sciendum, q̄ quoties ab hoc loco argumentum tamur, prædicatum consequentis contrarium seu oppositum esse debet prædicato antecedētis. Quod tamen non ita evenit in loco à generatione, ob eam fortassis causam, q̄ per hanc aliquid acquiratur, per illam autem deperdatur acquisitum. Etenim generatio, rei productio ē, corruptio eiusdem abolitio est.

## DE LOCIS Q VI AB VSIB VS, & communiter accidentibus dicuntur.

**V**Sum definiunt rei cuiusc̄ operationē, at minus proprie, quandoquidem multarum rerū usus aliquis esse probatur, quarum tamen nulla est operatio, ut librorum usus quidem est aliquis, nulla autē operatio, & agri item, & gladij. Itac̄ rectius definitur cuiusc̄ rei functio, in quibusdam tamen coincidunt usus & operatio, ut visio oculi, usus eius est, & functio & operatio pariter. Sed & illud hic cauendum monco, ne abusum pro usu usurpemus, ut hi faciunt, qui ita argumentantur: Interficere hominem malum est, igitur gladius malus est, quādo certe in hoc non usus gladij est, sed abusus potius, quippe ad pulsandam iniuriam, non ad inferendam gladius factus est. Ab usibus siue ab usu igitur argumentum ducitur, si ita argumentetur quāpiam: Equitare bonum est, igitur equus bonus est. Locus quidem differentia maximē, ab usu

## TRACTATVS IX.

Locus vero maxi. Cuiusvis bonus ē, ipsum  
quocq; bonum est. Cōmuniter accidentia, vt  
hoc loco accipiuntur, sunt quæ sese comitan-  
tur, idq; vel semper, uel plurimum. Ab his igi-  
tur argumenta ducuntur quoties ea sumun-  
tur accidentia, quæ relinquere subiectum vel  
non possunt, vel non solent, v si quis hoc mo-  
do dicat, Sapientem non poenitet. Poenitentia  
enim malum factum sequitur. Quod quia in  
sapientem non cadit, nec poenitentia quidem.  
Locus quidem differtentia maxime à commu-  
niter accidentibus. Locus vero maxim. Cui  
non inest aliquid, ei nec illud quod illius est cō-  
sequens, inesse potest. Rursus & hoc modo se-  
cundum affirmationem, Pluit, ergo vapores  
in sublime levati sunt. Vnde nec illud iam  
prætereundum est, quod interdum quæ natu-  
raliter priora sunt, in propositione tamē sunt  
cōsequētia, vt peperit, igitur cū viro cōcubu-  
it. Interdum vero quæ naturaliter antecedūt,  
ea & in propositione priora sunt. Quo circa  
non recte ita proponitur. Inimicitiae sunt, igit-  
tur bellum est. Sed ē contrariό potius, bellum  
est, igitur inimicitiae sunt. Tale est & illud,  
qd' Anselmus inter mediū ordinis theologus  
(nisi iudicio fallor) collocandus, in libro de ca-  
su diaboli annotauit his verbis. Aliud est, ins-  
quit, rem aliquam causam esse alterius rei, aliud  
positionem rei causam esse, vt aliud sequa-  
tur: Nam cum incendium non sit causa ignis,

O v

## DE LOCIS DIALEC.

sed ignis è diuerso incendi, positio tamen incendi causa est, ut ignem esse sequatur.

## DE LOCIS, QVI EXTRINSECUS sumuntur, qui & quot sint.

**E**xpositis, locis qab iphi terminis in questione positis sumuntur, restant dehinc exponedi, qui licet extrinsecus sumpti, argumenta tamen questionibus suppeditant. Hi vero sunt, à rei iudicio siue ab autoritate, à similibus, à paribus, à propositioe, à maiore, à minorc, ab oppolitis, à repugnantibus, à transsumptioe, & à transmutata proportione.

DE loco ab autoritate, siue à rei iudicio.

**L**ocus qui rei iudicium tenet, siue ab autoritate dicitur, huiusmodi est, vt si dicamus id esse, quod vel omnes iudicant, vel plures, & hi vel sapientes vel in unaquaq; artiū penitus erudit. Huius exemplū est, præter firmamentū esse planetarum orbes septem, quo niā id ita astrologi doctissimi, & in astrologia sapientes, penitusq; erudit iudicarint. Locus quidē differentia maximæ ab autoritate, siue à rei iudicio. Locus vero maxima. Quod oībus vel pluribus, vel sapientibus hominibus videtur, ei contradicere non oportet. Huic & illa astipulaſ maxima. Vnicuique in sua arte perito credendum est. Sane hic locus eti per alias quoq; complures disciplinas vsum suū præstar, in duabus tamen id præcipue spectatur obseruaturq;: Vna quidem, quæ veluti cę

## TRACTATVS IX.

terarū artiū fundamēntū quoddā est, ac per  
hoc omniū infima, quippe līteras docens, vñ  
de & nomē habet, à grēcis grammatica dicta.  
Altera vero, quæ quoniā circa diuinos versa  
tur sermones, theologię nomē abillis accepit:  
hinc etiā disciplinarū omniū suprema existit,  
& tanquā aliarum regina haberi debet. Vērū  
vt illius autoritas in primis apud poetās est at  
q̄ historicos, cæterosq; idoneos atq; pbatos  
scriptores, ita hui⁹ autoritas ex nouo & vete  
ri testamēto petēda est. Porro cū duplex sit au  
toritas, humana atq; diuina, scire debemus,  
quod humana plerūq; vacillat, diuina semper  
firma manet. Humanæ igitur contraueni  
re interdū licet, diuinæ nunquā. Illa sœpe ratio  
nibus fulcitur, hęc rationibus nullis indiget,  
sibi sufficientissima. Ergo cum in humanis di  
sciplinis aliquis instituēdus est, is (qd' Aurelij  
Augustini & verbis & sententia vtar) dupli  
ci via ducitur, autoritate & ratione. Et tempo  
re quidem autoritas, natura vero ratio prior  
est. Itacq; quamuis imperitis adhuc, autoritas  
videatur esse accommodatior (oportet enim,  
vt Aristoteles ait, addiscentem credere) ratio  
tamen apertior est eruditis. Autoritas igitur  
imperitis adhuc, ianuam quodammodo  
aperit doctrinarum, & discentem ducit. Ra  
tio autem eundem iam eruditum pressis vesti  
gijs hærere facit, & omnia intromissa luce cō  
monstrat.

## DE LOCIS DIALEC.

### DE LOCIS à similibus, & à paribus.

**S**imilia sunt, quibus eadem qualitas inesse perspicitur. Vnde & similitudo definitur, rerum differentiū eadem qualitas. Atque simile ut hic accipi videtur, sunt qui ita definiunt: Simile est quod eandem cum altero suae varietatis probabilitatem habet. A similibus ergo siue à simili, hoc paēto argumentum dicitur, ut si dubitetur, an homini proprium sit bipedem esse, id ita probamus: Similiter inest equo quadrupedem esse, ut homini bipedē, ac nō equo quadrupedē esse propriū, igitur nec homini esse bipedem. Locus quidem differen-  
tia maximæ à similibus. Locus vero maxi-  
ma. De similibus idem est iudicium. Sane hoc  
loco ē v̄sus diuus Paul. Si CHRISTVS (in-  
quit) mortuus resurrexit, & nos mortui resur-  
gemus. Vnde errare conuincuntur, qui hunc  
locum uno pede claudicare dicunt, quod (ut  
aiunt) fallat plērumq; adducta similitudo.  
Verum id quoties accidit, non iam à similitu-  
dine, sed potius à dissimilitudine erroris sui  
causam habet. Quapropter Quintilianus hu-  
ic præcipue loco iudicium adhibendum mo-  
net: Solent enim (inquit) nos fallere plērumq;  
similitudinum species, ideoq; adhibēdum est  
his iudicium. Huic loco haud dissimilis est lo-  
cus, qui à paribus dicitur. Sunt autem paria,  
quæ eiusdem sunt quantitatis, & paritas ipsa  
quantitatis veluti similitudo quædam est. Ab

## TRACTATVS. IX.

hoc argumentum sit, si ita proponatur: Si cui  
in animo est Demosthenem laudare, cur non  
& Tullium laudabit, cum alter alteri par sit?  
Nempe quantus in eadem persuadendi arte  
vnus, tantus & alter. Locus quidem differens  
tia maximæ, à paribus. Locus vero maxima,  
Parium idem est iudicium.

### DE LOCO A PROPOSITIONE.

**C**onfinis porro duobus illis quodammodo est, qui à proportione locus dicitur.  
Nam ut similitudine res rei comparantur secundum qualitatem, & paritate secundum quantitatem, ita proportione habitudo comparatur habitudini. Est enim proportio quædam habitudinis comparatio. A proportione igitur argumentum ducitur, ut si quæratur an forte eligendi sint in ciuitatibus magistratus, dicimus minime, quia nec regendis nauibus forte præficitur gubernator. Locus quidem differentia maximæ, à proportione, Locus vero maxima. Quod in unaquaque re evenit, id in eius proportionali evenire probabile est. Hoc loco Aristoteles usus est in Ethicis libro I. cum ait. Ut oculus in capite, ita mens in anima. Sane hic locus accommodari in primis iudicibus potest, nec non & negotiatoribus, siquidem ut operatio ad operationem, ita merces ad mercedem, & ut meritum ad meritum, ita premium ad premium. Etrursus ut delictum ad delictum, ita poena ad poenam. Hec n. oia

## DE LOCIS DIALEC.

proportionabilia sunt.

DE LOCIS à maiore, & minore.

**M**aius quod hic dicitur, & item minus hoc pacto definiri possunt: Maius est, quod suæ veritatis maiorē habet probabilitatem, è diuerso minus, quod minorem. A maiore autē argumētum ducitur, si ita dicas. Non potest rex arcem aut vrbē expugnare, ergo nec miles. Item, si non licuit Herodi habere uxorem viri alieni, igitur neq; fratris. Locus quidem differentia maximæ, à maiore. Locus vero maxima. Si id quod magis videtur inesse, non inest, nec id quod minus videbitur inesse, inerit. A minore vero conuerso modo, ut si quilibet vel gregarius miles potest expugnare aut arcē aut vrbē, et imperator. Item si Scipioni priuato licuit Caium Gracchum mediocriter reipublice statum labefactantem interficere, quāto magis cōsulibus licuit persequi, ac demum vltimo afficere supplicio Castilinā, terras cēde atq; incendio vastantē. Itē, si feræ diligunt partus suos, qua nam in liberos nostros uti diligentia debemus? Locus quidem differentia maximæ, à minore. Locus vero maxima: Si id quod minus videtur inesse, inest, & id quod magis videbitur inesse, inerit. Hos locos Cicero & Quintilianus vocant à cōparatione maiorū & minorū. A comparatiōe quidē maiorū ut si q̄s sacrilegium aut peculatū committit, & furtū comitteret,

## TRACTATVS. IX.

A cōparatione vero minorū (qui tñ oratoriis  
bus magis, q̄ philosophis vñ sui est) vt qui faci  
le ac palam mentitur, idem & peierabit.

### DE LOCO A TRANSUMPTIONE.

**C**aeterum qui à transumptione locus di  
citur, non is est, quē vulgus dialecticos  
rum esse putat, atq̄ definit, quoties no  
men magis notum transumitur pro nomine  
minus noto, in qua tamē opinione & Boetiū  
esse depræhendo virum alioquī de arte diales  
tica optime meritum. Sed vt cum bona eius  
venia dixerim, quādoq̄ bonus dormitat Ho  
merus, immo vt idem poeta ait, Sæpe opere  
in longo est obrepere somnū. Itaq̄ acutius at  
que subtilius hoc animaduertentes Alexan  
der Hegius, nostra fere ætate apud Dauentriā  
nobile profecto & præclarum Germaniæ op  
pidū, haud incelebris gymnaſiarcha, vir alios  
qui inter priscos philosophos connumeran  
dus, & post hunc Iacobus Faber Stapulen  
sis obſeruandissimus quondam præceptor  
meus, cum Parrhisij philosophiæ studijs ope  
ram nauarē, & ante hos Buridanus homo cer  
te ingenio felicior, quam institutione, longe  
aliter hunc locum exponunt, atq̄ exemplis  
insuper declarant. Vnde & ab his transum  
ptio definitur esse, quoties nomen metapho  
ricos, hoc est, translatitie sumptum, per pro  
prium explicatur. Ab hoc autem argumen  
tum ducitur, verbi causa, si dicamus. Dialecti

## DE LOCIS DIALEC.

ea utilis est ad omnem methodum, igitur ad omnem scientiam, utilis est. Locus quidem differentia maximæ, à nominis transumptio ne. Locus vero maxima: Quicquid alicui cōuenit sub nomine metaphoricos sumpto, eidem conueniet & sub nomine proprie sumpto. Sane hoc loco non philosophi modo vuntur interdum, cætericȝ scriptores, sed & scrae literæ eo plenæ sunt, ac scatent proprio dūm, vt si leo rugiens fugiendus est, & diabolus fugiēdus est. Itē, si Christus leo est, & rex ē.

## DE LOCIS AB OPPO

sitis, & à repugnantibus.

**A**B oppositis vero argumēta dicuntur quoties inter se aliqua opponi dicunt. Opponuntur autem modis quatuor, Aut enim contrarie, vt album nigrum: Aut priuatue, vt iustum iniustum, aut relatiue, vt dominus seruus: aut contradictorie, vt vide re, non videre. At de his quidem in tractatu de prædicamentis satis (arbitror) dictum est. Itac à contrarijs argumentū ducitur hoc modo: Si bona est sanitas, ægritudo mala est. Vel si est aliquid animal sanum, idem ægrum nō est. A priuatiuis vero, vt si iniustitia fugienda est, sequenda est iustitia. Vel, si quid videns est, idem profecto non est cæcum. A relatiuis autem, vt quisquis pater est filium habeat necessitate est. Vel, si quis pater est alicuius, eius filius non est. Porro à contradictorij, vt si quis est videns

## TRACTATVS. IX.

Videns, idem iam non est non videns. Locus quidem differentia maximæ, ab oppositis. Locus vero maxima: In contrarijs, priuatis, relatiuis, & contradictorijs, opposita sibi conuenienter non possunt. In relatiuis insuper alterum sine altero esse non potest. Præter hæc autem sunt & repugnantia, quæ à nonnullis disparata dicuntur. Repugnatiæ quidem, quod licet nulla oppositione inter se aduersa sint, à se tamen adeo diuersa sunt, ut alterum de altero nequaquam prædicari possit: disparata vero, quod veluti dispare res significant. Ab his igitur argumentum ducitur, ut si ita dicamus: Homo est, igitur lapis non est. Item, si quid homo est, id neque bos est, neque equus, neque aliorum quicquam quod ab homine diuersum ē. Locus quidem differentia maximæ, à repugnatiib⁹, siue à disparatis. Locus vero maxima, Quæ sibi repugnant, hæc neutiquam conuenire possunt.

## DE LOCIS A TRANSMUTATA proportione,

**A**dijcitur à quibusdam præter predictos locos, qui extrinsecus sumuntur, locus à transmutata proportiōe dictus. Is autem huiusmodi est, ut si ita dicamus. Sicut octo ad quatuor, ita sex ad tria: quippe quod utroque dupla sit proportio. Ergo sicut octo ad sex, ita quatuor ad tria, quæ numerorum ad se inuicem habitudo, proportionem utrobique

## DE LOCIS DIALEC.

constituit sc̄squitertiam. Octo enim, sex superant binario, quæ tertia pars est senarij. Itidem & quatuor tria vnicate. Hinc & transmutata proportio dicitur, quod ab una in aliam qua si transitus fiat. Cæterum talem argumenta triōem hac maxima corroborant: Si ut primū ad secundum, tertium se habet ad quartum, & ut primum ad tertium, secundum se habet ad quartum:

## DE LOCIS MEDIIS.

**M**edij de hinc loci sequuntur, quibus ex positis, finem protinus huic tractatui imponemus. Sed cur ita dicantur, dicē dum prius. Medij quidem loci dici videntur, quoniam in his argumenta neq; extrisecus omnino perītūr, neq; ab ipso terminorum substantia, sed ab ipsorum terminorum (ut exēpli causa) vel calibus, vel coniugatis, leui quādam mutatione deflectuntur. Similiter & qui à diuisione locus dictus est, medius inter utrosque collocatur, quoniam ex eo nunc ab ipsis quæstione positis terminis, nunc extrisecus argumenta sumuntur. Sunt igitur loci medij tres, A calibus, à coiugatis, à diuisiōe. Et casus quidem est, cum principale aliquod nomen in aduerbiū deflectitur, ut iustitia iuste. Coniugata vero dicuntur, quæ ab eodem diuersimo de deducta fluxerūt, ut à iustitia iuste, & iusta, iustū. Sed hæc omnia à Cicerone coniugata dicuntur, quod quasi ab uno iugo dedu-

## TRACTATVS. IX.

Cantur, quæ & idem ita definit, Coniugata dis-  
cūtur, quæ sunt ex verbis generis eiusdem. Es-  
iusdem generis verba sunt, quæ orta ab uno,  
varie commutantur, vt sapiens, sapienter, sapi-  
entia, A casibus igitur argumentum ducitur,  
vt si quæratur de quopiam, sit ne prudens, &  
arguatur esse talis, hoc modo: Prudenter agit,  
ergo prudens est. A coniugatis vero, si hoc pa-  
cto: Iustitia bona est, ergo qui iustus est bonus  
est. Locus quidem differentia maximæ, à con-  
iugatis. Locus vero maxima. Si vnum coniu-  
gatorum cuiquam conuenit, & reliquum.

### DE LOCO A DI- uisione.

**R**estat locus à diuisione (qui vt Boetio  
placet) hoc modo tractatur: Omnis es-  
tim (inquit) diuisio vel negatione fit,  
vel partitione. Negatione quidem, vt si quis iz-  
ta pronunciet, Omne animal aut habet pedes  
aut nō habet. Partitione vero, vt si quis ita di-  
cat. Omne animal aut sanum est, aut ægrum  
& quoties vox diuiditur in sua significata. Fi-  
unt igitur argumenta à diuisione, tum per ne-  
gationem, tum per partitionem, Verum qui  
diuisionibus vtuntur, hi haud directa ratiocis-  
natione contendunt, aut ad aliquod impossis-  
tibile inconueniensq; ducunt, atq; ita id quod re-  
liquerant, rursus assumunt. Sit igit in qstione  
ppositū, an vlla origo téporis fuerit, quod q  
negare volet, is directa ratiocinatione id des-

## DE LOCIS DIALEC.

monstrabit hoc modo: Tempus aut originem habet, aut non habet. Sed quia mundus æternus est (id enim paulisper disciplinæ gratia cōcedatur) tempus quoq; æternum, quippe qd mundus sine tempore esse nō potuerit. Quod vero æternum est, origine omnino caret. Tempus igitur originem non habet. At si per impossibile idem ostendi desideretur, dicetur hoc pacto: Tempus aut originem habet, aut non habet: sed si tempus habet originem, non fuit semper. Tempus autem habet originem, fuit igitur quando non fuit tempus. Atqui fuisse temporis est significatio. Fuit igitur tempus, quādo nō fuit tempus, qd fieri prorsus impossibilis est, non est igitur ullum principium temporis. Quo sit, vt ad alteram diuisionis partem tandem redeatur: & dicatur tempus origine carere. Locus quidem differentia maximæ, à divisione. Locus vero maxima. Condiuidentium uno sublato, alterum manet: & posito altero, tollitur reliquum. At vero qui per partitionem diuisionibus vñctitur, hi id duobus modis tentant. Nam quæ diuiduntur aut simile esse possunt, aut non possunt: simul esse possunt, cum vocem in significationes diuidimus: Non possunt vero, quæ negationis modo diuiduntur, vt aut sanus est, aut æger. Itaq; si qd ratur, an canis substantia sit, tamē quispiam per diuisionem id ita monstrauerit: Latrabile animal substantia est, belua marina substantia

## TRACTATVS IX.

**E**st, sīdūs item cōeleste substantia est. Hēc autē tria canis nōmen significat, est igitur canis substantia. Per modum vero negationis à diuisione argumentum ducitur hoc modo: Aut sanguis est, aut æger, sed sanus non est, igitur æger. Vel sic, æger nō est, igitur sanus. Vel ita, sanus est, igitur æger non est. Vel hoc modo. Æger est, igitur sanus non est.


## QUEMADMODVM DIALECTICA probatio à demonstratione differat.

**E**xpeditis locorum differentijs, illud postremo veluti coronidem adjicere operę precium est, quo videlicet pacto dialectica probatio à demonstratione differat. Differt autem primo, quod demonstratio omnis ex proprijs concinatur, dialectica vero probatio ex communib⁹. Deinde, quod demonstratio ex solis necessarijs commeat, dialectica vero probatio interdum ex necessarijs, interdū ex probabilibus. Tertio, quod demonstratio dubius tantum vtitur speciebus argumentationis, nempe syllogismo, & inductione: dialectica vero probatio omnibus ferè, vtpote nunc syllogismo, nunc enthymemate, nunc exemplo. Quo sit, vt non sit proprium dialecticæ opinionem aggignere cum formidine de opposito, vt nonnulli falso persuadent, sed dialecticam potius fidem, quæ cum ex necessarijs sit, colligitur, non minus certa est, quam que-

## DE ELENCHO SOPHIST.

per demonstrationem paritur. Hoc tamen à scientia differens, quod scientia ex proprijs ag gignitur, illa vero ex communibus, & nulli sci entiae peculiariter addictis. Cæterum opinio nem facere infirmiori ipsius dialecticæ parti competit, qua proinde oratores frequentius, Philosophi rarius vtuntur. Quod quidem & diuus Seuerinus Boetius ita esse comprobat, atq; his contestatur verbis: Sed ea quidem ar gumenta (inquit) quæ ex definitione, vel genere, vel differentia, vel causis, vel ex diuiliōe dicuntur, demonstratiuis maxime syllogismis vires atq; ordinem subministrant. Reliqua ve ro dialecticis & veri similibus.

## IN TRACTATVM DE cimum Præfatio.



BSOLVTIS HAC tenus à nobis nouem ex decem, quos instituimus tractatibus artis dialecticæ in quibus eas partes ipsius artis pertractauimus, quā tum compendio licet, per quas recte diligenterq; dis serendi ratio comparatur, qui certe & finis to sius artis esse existimatur, quippe per quem ve rum à falso discernitur, instituto huic nostro

## TRACTATVS X.

iam satisfecisse videri possumus. Cæterum q̄ Hic lices-  
niam falsum sub veri specie plerunq; obrepit, bit uidere  
quo & incauti facile illuduntur (fallit enim viꝫ August. i  
tium specie virtutis, vt non tam eleganter ꝑ 2. de do-  
vere à Iuuenale satyrico poeta dictum est, & tri. Chris-  
ab Horatio in eūdem sensum. Decipimur spe-  
cierēcti) idcirco ab Aristotele prouido nimirū stiana lib.  
artis magistro, id etiam curatum est, vt post ar i quo hec  
tis præcepta, talia quo ꝓ relinqueret præcepta, dicit: Sūt  
quibus & si nihil quod ad artem faciat, discere multæ fal-  
mus, his tamē instructi facile virare possemus se rōnum  
sophistarum argutias captionesq; quorū hæc (que so-  
est præcipua intentio, vt fallant, non doceant: phismatæ  
magis appareant scientes, non sint re vera. Et appellat )  
nos iam ob eandem certe causam, Aristotelem  
hac quoq; in parte sequētes, decimum illis no-  
uem adjicere in animo constituimus tractatū, plerunq;  
in quo proinde de sophisticis elenchis ( Sic em ita imitan-  
ab illo appellati sunt) siue de locis sophisticis a tes, ut nō  
gamus, vt studiosi adolescentes, si quibus hæc solum tar-  
nostra lucubratio quoquo modo profuerit dos, sed et  
vnquam, post artē vel mediocriter perceptā, ingeniosos  
ex hoc iā etiā percipere possint, quenā sint p<sup>r</sup> minus dile-  
pria huiꝫ artis, q̄ non sint: tametsi sine his nec  
ars ipsa satis sibi cōstare potest, vt nec grāmati genter at-  
ca, q̄ recte loquendi scientia definit, nisi in hac tētos deci-  
quoq; de barbarismo atq; solœcismo foedissis piant,  
mis eius artis vitijs cura desumeretur nō pars  
ua, id quod & in morū disciplina iā pro cōpers-  
to omībus esse potest. Atq; adeo hæc cura de-

## DE ELENCHO SOPHIST.

artium quoq; vitij prodēdis necessaria est, q;  
vitia latius serpere soleāt suapte natura, & (vt  
supra dictum est) nonnunquam virtutum spe-  
cies sibi induant, quo citius circumueniant ins-  
cautos, hinc rectissime ab eodem Horatio dis-  
cētum est, In vitium ducit culpæ fuga, si caret  
arte. Sed iam de elencho quid sit, primum dica-  
mus, & vnde huius tractatus inscriptio.

## QVA RATIONE DE SOPHI- STICIS ELENCHIS INSCRIPTIO HUIUS TRACTATUS.

**S**ed antequam reliqua huius tractatus exe-  
quiamur, dicere haud grauabor, cur de so-  
phisticis elenchis inscriptus sit, tum qui ab  
Aristotele nobis relictus est liber eiusdem ne-  
gotij, tum qui nobis iam instituitur tractatus  
ad illius imitationem, quamuis de locis sophi-  
sticis inscriptio à nonnullis facta sit. Existimat  
Iacobus Stapulensis id ab Aristotele factum  
esse, partim quod hic præcipuus sit Sophista-  
rum finis inter quinque, quos illi coniecant.  
ac sibi proponunt, de quibus mox plura: par-  
tim quod huiusmodi syllogismus, elenches in  
quā sophisticus, instrumentū sit maxime i do-  
neum ad conuincendum, hoc est, ad coargue-  
dū coaltercātē. Vnde & apud grēcos ἐλέγχος  
nomen quod dicitur, apud latinos argumentū  
sive probatiōem significat, & verbum ἐλέγχω  
quod arguo significat. Sed cum elenches dis-  
citur hoc loco, sophisticus idcirco additur

## TRACTATUS X.

ut per sophisticum elenchem cum intelligamus syllogismum, si tamen syllogismus dici villo modo posset, non per quem probatio & fides rei dubiae fiat, cuiusmodi certe dialecticus syllogismus est, sed deceptio.

### DE SYLLOGISMO SOPHITISCO quid sit, & quo pacto à dialectico differat.

**E**X his iam quæ dicta sunt haud obscuri esse potest, cundem syllogismum esse, qui nunc sophisticus, nunc litigiosus, siue contentiosus dicitur. Eius porro duplex ab Aristotele definitio traditur. Unaquidem qua syllogismus esse intelligitur, sed ex his colligens, quæ videntur probabilitia, nempe imperitis, cum tamē non sint. Altera vero, qua apparet quidē esse syllogismus, atramen non est, tametsi ex probabilibus nonnūquam colligitur. Unde etiam liquido nunc apparet, ab huiusmodi syllogismo dialecticū syllogismū dupli ratione differre. Primum, quod hic syllogismus plane sit: deinde quod ex probabilibus colligat. Cæterum probabilitia ab Aristotele esse definiuntur, quæ videntur omnibus, aut plurimis, aut sapientibus, & his quidem vel omnibus, vel plurimis, vel maxime familiaribus & probatis, ut unumquemque amare eū, a quo beneficia acceperit.

### DE QVINQ<sup>U</sup>S SOPHISTARVM finibus, quas & metas vocant.

## DE ELNCHO SOPIST.

**C**Vm ergo sophista omnē nerū, omēcē  
conatum eo intendat, vt coaltercantē  
circumueniat illaçterç , videndum est,  
quot & quæ sint, quæ ipse conieceret, ac sibi  
proponat, vt fines initi certaminis, quos vbi  
etiā asscutus fuerit, se iam victorem aduersus  
corrixantem nimis superbe, insolenterç  
proclamat atç vociferatur. Sunt vero hæc  
numero quinç: Redargutio , Fallsum, Inopinabile,  
Solœcismus, & Nugatio. Est autē redar-  
gutio, cū vi disputationis cogitur quispiā,  
aut negare quod antea concederat, aut quod  
prius negauerat, rursus cōcedere. Fallsum ve-  
ro, quod nullam habet veritatis causam, ac  
ne apparentem quidem. Inopinabile vero,  
quod pr̄ter opinionem omnium, & maxime  
sapientum proponitur, vt matrē odiſſe filium  
suum. Solœcismus est, quoties secundum lo-  
cationē cogitur respondens barbarizare. Et à  
Donato definitur vitiū in cōtextu partiū ora-  
tionis, contra regulā artis grāmaticę factum.  
Videtur autem hoc loco & pro barbarismo  
cōuniter accipi, qui ab eodē Donato defini-  
tur, vna orationis pars vitiōsa in communi  
sermone. A Diomede vero, cōtra Romani ser-  
monis legē, aut scripta, aut pronunciata vitiō-  
sa dictio. Nugatio porro est, cum respōdēs co-  
gitur idem s̄xp̄ius dicere. Vnde & à nonnullis  
definitur, eiusdem verbi inutilis repetitio.

TRACTATVS. X.  
DE LOCIS SOPHIST.  
& eorum diuisione.

**N**unc ad ipsos locos veniamus, locos dico sophisticos, hoc enim nomine à Georgio Valla Placētino mihi nō absurde appellari vidētur, quippe q̄ ex his pers̄ inde fallacię & sophistica argumēta ducūtur, atq; ex locis dialecticis argumenta & probations dialecticæ. Ab Aristotele tamen modi dicuntur, nonnunquam etiam loci. Horum autem prima diuisio hæc est, quod alij in distinctione positi sunt, alij extra distinctionem. In distinctione rursus, aliis ab æquiuocatione, aliis ab amphibologia, aliis à compositione, aliis à diuisione, aliis ab accentu, aliis à figura distinctionis. Extra distinctionem item, aliis ab accidente, aliis ab eo quod est secundum quid ad id quod simpliciter dicitur, aliis ab ignorantia elenchi, aliis à petitione principij, aliis à consequenti, aliis ab eo quod est non causam pro causa ponere, aliis ab eo quod est plures interrogations vnam facere. Pastet igitur, huiusmodi siue locos, siue modos, in summa esse numero tredecim, ex q̄bus quidem in distinctione sex enumerati sunt, extra distinctionem vero septem. Preterea sciendū, quod argumentationes, quæ istiusmodi struuntur fallacijs, nunc sophismata, nunc paralogismi à græcis dicuntur, nominibus profecto accommodatissimis, quippe quæ à verbis deducūs

## DE ELENCHO SOPHIST.

cur, σοφίῃς οὐθαλλογίᾳ, quæ verba apud latinos interprætantur imponere siue decipere. Hinc & imposturæ, & deceptions. Adeo enim his cauillationibus, atq; argutis decipitur imperitus quispiam, vt credat id esse quod non est, & non esse quod est, vnde etiam Aristoteles fallacias ipsas & sophistica argumenta, quod intra colorem tantum sine veritatis, orichalco recte comparat, auri vi delicit respectu. Nam vt orichalcum imperitis hominibus aurum esse videtur, ita hæc ab imperitis vera argumenta esse creduntur, cū tamen à peritis statim falsa esse depræhendantur.

QUA RATIONE EX HIS LOCIS alij in dictione, alij extra dictionem existere dicantur.

**N**ec illud omittendū putauerim, quanq; fortassis haud ita magni momenti, cur ex dictis iam locis alij in dictione, alij extra dictionem existere dicantur. Sane in dictione dici ob id videri possunt, q; quæ ex his locis fallaciæ struuntur, apparentiæ suæ causam habent ex proprietate sive affectione aliqua, quæ loci (hoc est, dictioni) in primis conuenit, cuiusmodi sunt, quæ iam dictæ sunt, æquiuocatio, amphibologia, cōpositio, diuisio, accentus, & vocis figuratio. Extra dictionē vero, q; ex his sumpta argumenta et compositæ fallaciæ credulitatis sive causam

## TRACTATVS. X.

fumunt, vel ex rebus ipsis, quæ significantur, vel ex animi intentione, qua sola rerum rationes, & earum pariter ad se inuicem consequentias expendit atqe discernit. Vnde & inter ipsas quoqe fallacias non nihil discriminis habetur, quippe quod per fallacias quæ ex distinctione prouenient, decipitur quispiam potissimum, quoties cum alio quolibet disputat. Per fallacias vero, quæ præter dictiōnē ac cīdunt, quoties secum disputat, aut quippiam considerat, pensūlataqe attentius

### DE LOCО EX AEQVIVOCATIО.

**A**equiuocatio dicits, cū dictio sive vox simplex plura significat. Cæterū c<sup>on</sup>quis uoca vox duobus dicitur modis: Aut ēm simpliciter talis est, aut analogicos: Simpliciter quidem, vt canis, quod nomen & que quadrupedem latrabilem, pescem marinum, & sidus cœleste significat. Analogicos autē, vt animalis nomē, quod tam viuum quod pietū animal significat, sed non ex aequo. Itaqe & paralogismos, quorū ex hoc loco argumenta ducuntur, tot modis variari cōtingit. Primo, cum id quod in argumentatione sumitur, simpliciter equiuocū est, vt omne expediens bonum est, malum autem expediens est, malum igitur bonum est. Expediens hoc loco æquius uocum est, nam & necessarium, & ad aliquid vtile, & opportunum, expediens dicitur, & quod per se bonum est. In minore igitur pro

## DE ELENCHO SOPHIST.

**L. I.** Quā positione pro vtili sive necessario assumptū  
q̄ integer est, pecuniae nanc̄ & mercium abiectiones,  
hic uersus & id genus alia, cum per se mala sint, s̄epe  
inibi nō le numero tamen vtilia sunt & necessaria. In ma-  
gatur, <sup>et</sup> iore autē expediens sumptum est, vt per se bo-  
p̄d̄ Suidā num significans, ac per hoc ex æquiuoco pa-  
autem ita ralogismus nomen inuenit. Tali cauillo olim  
grecc le- vsus ( vt est apud Herodotum ) Apollo di-  
uinus vates, si credimus, cum Croesum Ly-  
gitur aliū dorū regē oraculo consulto in duceret, vt Cy-  
de repeti- ro Persarum regi bellum indicaret, ita dixit:

**tus:** Perdet Croesus Halyn transgressis plurima  
**κροῖσος** regna. Perdo em̄ significat & destruo, & amit  
**Χλυπ δι-** to. Secundo cum id sumitur, quod analogi-  
**αβας με** cos æquiuocum dicitur, vt omne animal est  
**γλυπ** motus sensuumq; per se particeps, quod autē  
**δεχήν κα** pictum est, animal est, igitur quod pictum est,  
**ταλύσα** sensibus & motu participat. Item omnes gem-  
mæ sunt præiosi lapilli, at in palmitibus gem-  
quē uer- mæ reperiuntur, testante id Vergilio, Turgēt.  
sum Ci.li. in palmitæ gemmæ, igitur in palmitibus præ-  
2. de diui. ciosi reperiuntur lapilli. Sunt porro qui præ-  
ita uerit. ter duos æquiuocationis modos addant in-  
**Croesus** super & tres alios, nempe ex compositione,  
**halyn pe-** & ex consignificatione, & ex transumptione.  
netrās mā Et compositione quidem, quoties vox sive  
gnā puer significat duntaxat, composita autem plura,  
tet opum vt immortale, quod nomen compositum si-  
nim. gnificat & id, quod potest non mori, & quod

## TRACTATVS. X

non potest mori, cum tamen simplex morta-  
le id significet, quod potest mori. Ex confis-  
gnificatione autem, ut cum sic contexitur so-  
phisma: Quicunqs sanabatur, sanus est: ægros  
tans autem sanabatur, ægrotans igitur sanus est.  
Participium ægrotans, cum alias vnum alia  
quid significet, ex consignificatione tamen  
ad diuersa tempora trahitur, nempe ad præ-  
sens & præteritum, imperfectum. Ex trâsum  
ptione vero, ut si quis pratum os habere dis-  
cat, quia rideat, hoc est, lâtum sit, fertile & pin-  
gue. Hinc illud Vergilij.

Quid faciat lâtas segetes.

## DE LOCÔ EX AMPHIBOLOGIA.

**A**Mphibologia autem (quæadmodum *Huc uer-*  
*sum ex En-*  
cum oratio intra se ambiguum claudit *nio depro-*  
sentiam: qualis illa Apollinis, Aio te Aeas ptu, et ab  
cida Romanos vincere posse, ad Pyrrhū Epis ipso de  
rotarum regem, cum oraculum consuluisse *Pyrrho e*  
ipse super eventu belli, quod cōtra Romanos *pirotariū*  
animo destinauerat. Sane tota orationis am*as* regefictū  
biguitas ex eo dependet, quod accusatiuus, te, esse idem  
ut etiam Romanos, nunc à tergo, nūc à frôte *Cicero au-*  
eius verbī vincere construi potest. Atque ita *incertum relinquitur ab Aeacide*, hoc est, à tor est in  
Pyrrho Romanosvinci posse, an contra Aeas eodem. 2.  
acidem à Romanis. Ex hoc igitur loco cas*de Dñi.*  
ptio struitur, cum tale sophisma conficitur: lib,  
Quicquid videt quispiam, hoc ipsum videt,

## DE ELENCHO SOPHIST.

at videt aliquis columnā, columnā igitur vis  
der. Item, Quoscūq; vellem me apprehēdere,  
vellem ut me apprehenderent, hostes autem  
vellem me apprehendere, igitur vellem ut ho  
stes me apprehēderent. Similiter autem & hoc  
modo: *Quisquis arat littus, littus proscindit*  
*aratro: Ait operam perdens, littus perhibetur*  
*arare: Ergo operam perdens, littus proscindit*  
*aratro.* Differt autem amphibologia ab æqui  
uocatione, quod æquiuocatio quidē ex nomi  
ne ipso res diueras significante in captionem  
adducit. Amphibologia autem ex oratione  
fallaciam inuenit. Quo sanc nomine hunc lo  
cum appellare libuit, quamquam apud Aristō  
telem Græce legitur ἀμφιβολία.

## DE LOCO EX COMPOSITIONE & diuisione.

**C**ompositionem hoc loco pro oratione  
composita & diuisionem pro oratione  
diuisa accipere debemus. Et composita  
quidem oratio est, quæ sensum habet com  
positum: Diuisa autem, quæ diuisum. Porro  
compositus sensus est, cum in ipsa oratione  
partes secundum situm magis debitum intel  
liguntur. Diuisus uero, cum ē contra. Rur  
sus autem debitus partium in ipsa oratione  
situs ē est, quem idiomatis peritus magis ras  
sem adiudicarit. Quod tamen ut facilius de  
prehendatur, tres ad hoc regulæ à Iudoco  
Clichtoueo traditæ sunt, tribus vocabulis à  
Iacobo

## TRACTATVS X.

Jacobo Fabro Stapulensi prius annotatae,  
quas proinde hic subscribendas haud ab re ex*ist*imauerim. Vocabula autem sunt: Modus,  
Determinatio, Determinabile. Itaq*ue* ex his pri  
ma regula est: Si modus fuerit aut subiectum,  
aut prædicatum propositionis, situs partium  
orationis magis debitus est, vt possibile est se  
dentem ambulare, aut sedentem ambulare est  
possibile. Secunda, Si determinatio posita in  
ter duo determinabilia vtrique ex æquo pro  
pinqua, præcedens determinauerit, situs ma  
gis debitus est, vt quicquid vivit semper, est.  
Adiectum est autem ex æquo propinqua, quo  
niam si non ex æquo vtrique propinqua fue  
rit, tunc si propinquius determinauerit, sensus  
magis debitus intelligitur, vt quicunq*ue* scit li  
teras, nunc didicit illas. Tertia regula est, Si de  
terminabile positū inter duas determinationes  
vtrique ex æquo propinquum, cum præcedē  
ti iungatur, sensus compositus est, & situs par  
tium orationis magis debitus, vt vidi imaginem  
auream vestem habentem. His ita præli  
batis, ad sophismata veniamus, quorum ex  
hoc loco deceptio struitur. Interea tamen & il  
lud præmonendum, quoties contexitur syllo  
gismus iuxta expositos locos, si in eo sumpta  
oratio in sensu qdē diuisione vera fuerit, in cōpo  
sito autem falsa, deceptio ex loco à compositi  
one prodijse dicetur: sin vero contra, captio  
per locum ex diuisione facta esse intelligetur.

Q.

DE ELENCHO SOPHIST.  
DE SOPHISMATIS QVAE  
per locos à compositione & diui-  
sione fiunt.

**I**gitur iuxta tria superius annotata voca-  
bula, sophismata conficiuntur tribus quo-  
modis: Primo, cum modus variatur, vt  
quemcunq; possibile est ambulare, fieri potest  
vt ambulet, atqui sedentem possibile est ambu-  
lare, ergo fieri potest vt sedens ambulet. Secū-  
do, cum determinatio variatur, vt quicunque  
scit literas nunc, didicit illas, atqui grammaticæ  
peritus nunc didicir eas. Item, quod vnum  
solum potest ferre, plura potest ferre:  
quod autem vnum solum potest ferre, non  
potest plura ferre: igitur quod potest plura  
ferre, non potest plura ferre. Tertio, cum de-  
terminabile variatur, vt quicunque bonus  
est, bonus est: atqui malus artifex bonus est,  
malus igitur artifex, bonus est. Et hactenus  
quidem secundum compositionem facti pa-  
ralogismi peccant. Qui vero sequuntur, se-  
cundum diuisionem totidem modis pec-  
cant, iuxta trium vocabulorum supra posito-  
rum annotationē. Primo, vt quiescentem am-  
bulare est impossibile, igitur quiescentem im-  
possibile est ambulare. Secundo, vt quocunq;  
vidisti hūc percussum, hic percussus est: atqui  
oculo vidisti hunc percussum, oculo igitur hic  
percussus est. Tertio, sed esto sit quispiam ar-

## TRACTATVS X.

tis imperitus, moribus autem probus, tunc tamen  
leconnecto sophisma: Quicunq; malus est, ma-  
lus est: at malus artifex est bonus, igitur malus  
artifex bonus est. Per diuisionem præterea si-  
unt paralogismi, quoties coniunctio tum co-  
pulatiua, tum disiunctiua, nunc terminos, nunc  
ipfas copulat disiungitue propositiones, ut  
quæcunq; sunt duo & tria, sunt paria atq; im-  
paria, at quinque sunt duo & tria, quinque igitur  
sunt paria & imparia.

## DE LOCO PER ACCE- CENTUM.

**A**ccentus, quem & veteres Latini auto-  
re Quintiliano tenorem appellauere, &  
a græcis ηέρος φέντα, & item τόνος dicitur  
a Prisciano definitur lex siue regula ad eleuan-  
dam deprimendamue syllabam vniuersculisq;  
particulæ orationis. Ab eodem insuper in acu-  
tum, grauem, & qui ex vtrisq; sit circumflexū  
diuiditur. Porro acutus (ut Diomedes tradit)  
apud latinos in correptis semper, interdum in  
productis syllabis versatur. Circumflexus in  
his quæ producuntur. Grauiis autem per se  
nusquam consistere in verbo vlo potest, sed  
in his, in quibus circumflexus est aut acutus,  
cæteras syllabas obtinet. Apud Græcos autē  
cum acutus in dictione tria loca obtineat, vlo  
timum, penultimum, & antepenultimum, cir-  
cumflexus q;libet syllabarū sit dictio, non nisi

Q. n

## DE ELENCHO SOPHIST.

penultimum tenebit locū. Igitur ut nulla vox  
sine vocali est, ita nulla sine accentu. Ac proin  
de recte quidam putauerunt accentum veluti  
animam vocis esse. Sed de accentu quidem ha  
ctenus plus satis, quando apud Latinos pro  
nunciatio vocum iuxta accentuum regulas in  
totum propemodum aboleuit, cuius tamen lo  
co quantitas syllabarum perinde obseruatur.  
Fiunt autem per locum ab accentu sophisma  
ta tribus modis: Primo, quando pro syllabæ  
quantitate variata, variatur & significatio di  
ctionis, ut quicquid malum est, fugiendū est,  
pomum autem malum est, igitur pomum fu  
giendum est. Secundo, quando variatur ipsi  
us syllabæ aut aspiratio, aut orthographia, ut  
ad Aram fiunt sacra, atque hara porcorum sta  
bulum est (vnde illud Ouidij, Immundæ cura  
fidelis haræ, & illud item Ciceronis, Ex hara  
productæ, nō schola) igitur ad porcorum sta  
bula fiunt sacra. Tertio, quando dictio aliqua  
interim diuidit, interim tota manet, ut quic  
quid inuite sit, coacte sit: vinum autem fit in  
vite, ergo vinum fit coacte. Cæterum de loco  
sive modo per accentum, Aristoteles dicit nō  
facile esse dialecticis orationes facere, in his quæ  
sunt sine scriptura. In scripturis autem & poes  
matibus magis, quod in his scilicet accentuum  
per certas notas, & syllabarum ob metri leges  
accutior habeatur obseruatio.

TRACTATVS X.  
DE LOCO A FIGVRA

dictionis.

**A** Figura dictionis hic locus nominatur, quod per eum quicunq; fiunt paralogis-  
mi, causam apparentiae non aliunde  
habeant, quam à vocis siue dictionis cum  
alía qualibet siue voce, siue dictione configu-  
ratione, hoc est (vt planius dicam) à consimili  
dictionis cum alia qualibet dictione desinen-  
tia, siue terminatione. Nec video tamen cur à  
quibusdam tam longe reperatur hoc loco figu-  
rae definitio, qua à geometris definitur magni-  
tudo, quæ termino vel terminis clauditur, cū  
secundum hanc definitionem, figura nihil co-  
mune cum dictione habeat, vnde similitudo  
aliqua intelligi possit. Ex hoc igitur loco cap-  
tiones struuntur, quoties argumentationem  
factam constare ac recte se habere quis autu-  
mat, similitudine vocis hallucinatus, cuiusmo-  
di hæc est: Discere est circa disciplinam exerce-  
ri, ae exerceri circa disciplinā est docere, disces-  
re ergo docere est. Fiunt præterea secundum  
hunc locum paralogisini, cum ab uno prædi-  
camento transitus sit ad alterum, vt quicquid  
heri vidisti, hodie vides, atqui album heri vi-  
disti, album igitur hodie vides. Hic transitus  
est à substantiâ ad qualitatem: Similis huic ar-  
gumentatio est hoc modo: Quicquid heri emi-  
sti, hodie comedisti, crudum heri emisti, ergo  
crudum hodie comedisti. Atq; id quidem est,

Q iii

## DE ELENCHO SOPHIST.

quod Aristoteles his verbis significare video-  
tur: Quæ autem per figuram dictiōis (inquit)  
fiunt sophismata ,accidunt quando vel non  
idem ut idem interpretantur, ut masculinum  
fœmininum, vel fœmininum masculinum,  
vel quod inter hæc est, nempe neutrum. Vel  
rursus, quale quantum, vel quātum quale, vel  
faciens patiens, & alia, quemadmodū hæc pri-  
us diuīla sunt. Siquidem aliquid est, quod non  
est eorum quæ sunt facere aut pati, & si vocis  
figura videatur, ut valere, quod qualitatem  
potius dicit, nempe sanitatem (est enim valere  
sanum esse) q̄ actionem aut passionem.

## DE LOCO AB ACCIDENTE.

**S**equuntur loci, qui extra dictiōnem dicti  
fiunt. Ex his primus est, qui ab accidente  
dicitur. Is autem est (quemadmodum &  
Aristoteles tradit) per quem captiones fiunt,  
quoties similiter quodcunq; existimabitur rei  
& accidenti inesse, nam quia multa eidem ac-  
cidunt, non est necesse omnibus prædicatis, &  
ei de quo prædicantur, omnia illa similiter inel-  
se. Quandoquidem hoc pacto omnia illa eadē  
erunt quemadmodum sophistæ dicunt, ut si  
Socrates est alter à Platone, Plato autē homo  
est, Socrates igitur ab homine alter est, tale est  
& illud apud Aulum Gelliū sophisma, quod  
proponitur hoc pacto: Quod ego sum, tu nō  
es: ego autem sum homo, tu igitur homo non  
es. Item hoc modo: Homo animal est, animal

## TRACTATVS X.

autem genus, homo igitur genus est. Ac rur-  
sus, Polycarpus est homo, at vero homo dis-  
syllabum est. Polycarpus igitur dissylabum ē.  
Sane hæc & alia id genus sophismata per acci-  
dens fieri dicuntur. Per accidentis inquam, hoc  
est, per extraneum siue diuersum quodāmo-  
do aliquid, ut in quibus complexio orationis  
eas quæ circa naturam sunt diuersitates, ad na-  
turam ipsam transtulit. Aliud quippe est, secū-  
dum naturam esse, & aliud secundum persona-  
les accidentalesq; proprietates, ut verbi causa:  
Animal cum de homine prædicatur, essentiali-  
ter de homine dicitur: cum vero de animali ge-  
nus prædicatur, huiusmodi prædicatio essenti-  
alis non est, sed per accidentis, ut nec cum de ho-  
mine dissyllabum prædicatur, propterea quod  
aliud est animal homo, aliud animal genus.  
Animal siquidem genus, simpliciter animal ē,  
hoc est, tale animal, quod cunctas sub se speci-  
es communi ratiōē colligit, eatenus videlicet  
quatenus vitam absolutam sentiendi vi prædi-  
tam gerant. Homo autem animal vna talium  
est specierum, quæ vitæ tali, nempe absolute,  
rationalitatē & dexteritatē affert. Homo  
igitur non est simpliciter animal, sed tale ani-  
mal. Tale porro animal non est genus, sed spe-  
cies. Sed hęc fortassis multo alti⁹ repetita sunt  
q; præsens institutio ferat.

QVO PACTO A RECENTIO-  
ribus hic locus tractetur.

Q iiiij

## DE ELENCHO SOPHIST.

**N**ec tamen ignoro hunc locum ab acci-  
denti latius explicari à recentioribus  
hoc modo, ut sit accidentis, & id cui ac-  
cidit, videlicet res subiecta, & præter hęc at-  
tributum: quę & ita distinguunt nominibus  
magis familiaribus, ut accidēs sit, quod medi-  
um in syllogismo dicitur, res subiecta minor  
extremitas, attributum maior extremitas.  
Hinc paralogismos per hunc locū fieri dicūt,  
quoties vel medium, vel maior extremitas,  
vel minor extremitas in syllogismo nō recte  
sumitur, medium quidem, ut si ita arguatur:  
Cuiuslibet contradictionis altera pars est ve-  
ra( & accipio hic nunc verbum cuiuslibet  
more istorum, contra vim propriam pro si-  
gno distributio, ut ipſi dicunt, qualia sunt  
omnis & nullus ) atqui hęc propositio, ho-  
mo est lapis, est contradictionis altera pars, igit̄  
tur hęc propositio, homo est lapis, vera est.  
Captio est in verbo contradictionis, assumen-  
di uanc̄ erat: Atqui hęc propositio, homo  
est lapis, est contradictionis, eo quod hic terminus  
in maiore solū vniuersaliter sumebatur. Ma-  
ior vero extremitas, ut si ita proponas: Om-  
ne animal substantia non est, omnis autem  
homo est animal, igitur nullus homo substan-  
tia est. Hic captio est in uerbo substantiae,  
quod in maiori ( ut oportebat ) vniuersali-  
ter sumptum non est, propterea quod negatio  
ei præposita non sit. Verum ita id sophistæ

## TRACTATVS X.

pro arbitrio statuerunt, contra autorum & eorum qui recte loqui didicerunt, consuetudinē. Minor porro extremitas non recte sumitur, si ita contexas syllogismum: Nullum dextrū est sinistrum, cuiuslibet autem hominis oculus est dexter, ergo neuter oculus hominis est sinister. Hic oculus minor extremitas particulariter sumitur in minore, contra pr̄scriptam secundi modi primæ figuræ legem. Quare ita assumendum erat. Cuiuslibet autem hominis tertius oculus est dexter.

DE LOCO AB EO QVOD  
est secundum quid, ad id quod simili-  
pliciter est.

**D**efinitur hic locus ab Aristotele per id, quod hoc quidem simpliciter dicitur, illud autem quoquo modo, & non pr̄cipue. Quoquo modo, inquit, hoc est, vel secundum locum, vel secundum tempus, vel ad aliquid, vel secundum aliquid, videlicet cum quod secundum partem dicitur, simplis citer accipitur. Itaque & paralogismi secundum hunc locum quatuor fiunt modis: Primo in his, quæ secundum locum dicuntur, ut apud Thraces quædam gentes olim, ut Soslinus autor est, recens natos cum fletu excisere, & defunctos gaudio prosequi pium esse ducebant, igitur pium est puerperia deflere, & funera gaudio prosequi. Secundo in his quæ fiunt secundum tempus, ut bonum est ut vix

Q. v

## DE ELENCHO SOPHIST.

Et ut tenuicūm ægrotamus, igitur simpliciter  
vtibonum est. Item, expedit merces in mare  
projcere cum timetur naufragium, igitur ex  
pedit pñcere merces. Tertio in his, q̄ sunt ad  
aliquid, vt diuitiæ male vtentibus non sunt  
bonæ igitur diuitiæ bonæ non sunt, cum tamē  
ipsæ (vt diuus Ambroſius ait) virtutū sint in  
ſtrumenta. Quarto autem in his, quæ sunt ſe  
cundum aliquid, vt Aethiops dentibus albus  
est, igitur albus est. Præterea cum ex diuīſis cō  
iunctum infertur, hoc pacto. Coriscus bonus  
est, & idem citharœdus. Coriscus igitur bo  
nus est citharœdus. Esto autem vita bonus  
ſit, non arte. Huiusmodi paralogismus per  
hunc locum factus eſſe intelligitur.

## DE LOCO AB IGNO rantia elenchi.

**P**er ignorantiam clenchi, ſive quod idem  
eft, per incitiam redargutionis, fiunt pa  
ralogismi, quoties omittitur aliquid eo  
rum, quæ ad orationem (vt Aristoteles ait)  
hoc eſt, ad ipsius elenchi definitionem requi  
runtur. Definitur autem ab eodem hoc pa  
cto: Elenchus eſt contradicſio vnius & eius  
dem non nominis, ſed rei, & nominis non  
synonymi, ſed eiusdem, ex his quæ data ſunt,  
non connumerato eo quod eſt in principio,  
idem tempus. Qua quidem definitione cer  
tum eſt nusquam ab Aristotele longiore

## TRACTATVS X

factam esse, idq; ( vt reor ) propter sophista-  
rum importunitates. Quapropter & singulas  
cuius particulas latius explicare, atq; distingue-  
re necessum fortassis fuerit. Quandoquidem  
in ea quædam syllogismi tantum causa ponun-  
tur, quædam ob contradictionem solum,  
quædam etiam ad utruncq; spectant. Syllogis-  
mi causa ponuntur, partim ex his quæ data  
sunt ex necessitate, partim non connumerato  
eo quod est in principio. Ob contradictionem  
vero, vt quæ postremo loco enumerata sunt.  
Cuiusmodi sunt ad idem, secundum idem, si-  
militer, & per idem tempus. Præter hæc autem  
ad utrunque reliqua pertinent. Porro paralo-  
gismi, qui per hunc locum fieri consueuerūt,  
hoc præcipue peccant, quod ex quatuor po-  
stremis aliquid omittitur. Vnde & quatuor  
quoque modi assignantur: Primus, cum  
omittitur particula ad idem, vt decem sunt du-  
pla ad quinque, & non sunt dupla ad sex, ergo  
decem dupla sunt, & dupla non sunt. Simili-  
ter si quis Socratem inter duos locatum, idcirco  
pronunciet ipsum dextrum esse & non de-  
xtrum. Secundus modus est, quando omitti-  
tur particula secundū idem, vt hoc est duplū  
secundum longitudinem, & non est duplum  
secundum latitudinem, duplum igitur est  
& non duplum: aut si quis oculum nigrum  
esse dicat, & non nigrum, propterea quia id  
quod circa orbem ipsius oculi est qui medijs

## DE ELENCHO SOPHIST.

pupillam tenet, album sit, ipse vero orbis niger spectetur. Tertius, quando omittitur particula similiter, ut cognosco Socratem, & eūdem non cognosco venientem, igitur cognosco Socratem, & eundem non cognosco.

Quartus vero!, quando omittitur particula per idem tempus, ut Si quis Socratem proponat sedentem, & non sedentem, ad diversa tempora respiciendo.

## DE LOCO A PETITIONE PRINCIPII.

**I**N principio petere, id est, quod ad demonstrationem propositum est, ponere, & accipere ut confessum. In principio igitur petitur aliquid, cum eius adhuc desideratur demonstratio, quod tamen ut confessum accipitur. Vnde & ab Aristotele definitur secundo priorum analyticorum volumine hoc modo: Petere ( inquit ) id quod est in principio, est ostendere quicquam per id, quod per se ipsum manifestum non est, quod profecto est propositum non ostendere. Accidit autem modis quatuor: Primo, quando asylogista & incollectilis ratiocinatio fuerit: secundo, quando id quod sumitur, ignotius est, quod colligere volumus: tertio, quando quod sumimus aequi ignotum est atque id quod confidere volumus: quarto, cum posterius sumitur ad demonstrandum id quod prius est. Cæterum præter hos sunt & alij quatuor mo-

## TRACTATVS X.

di, quos octauo libro Topicorum idem recenset: Primus, cum quod particulariter demonsstrandum est, vniuersaliter quis postulauerit, ut si quis volens probare contrariorum eandem esse disciplinam, postulauerit idcirco omnium oppositorum eandem esse disciplinam: Secundus, cum quod vniuersaliter est ad ostendendum propositum, particulariter ab aliquo petitur, veluti si de omnibus contrarijs propositum est, de aliquibus solum quispiam postulet: Tertius vero, cum quis diuidens propositum petit, ut si cum oportet quempiam ostendere medicinā sani & ægri esse, is tum vtrumque postulet scorsum, atq; diuisim: verbi causa. Est ne medicina sani: & rursus. Est ne medicina ægris: atq; idem de hinc argumentetur: Medicina sani est, & medicina itē ægri est, igitur medicina sani est, & item ægri: Quarsus demū, cū quis eorū quæ ex necessitate se in uicem sequuntur, alterum petit, ut si cui propositum est, ostendere, q; diameter est incommensurabilis lateri quadrati, is assumat, q; dia metro latus incommensurabile est.

## DE LOCO A CONSEQUENTI.

**A**Consequenti locus dicitur, quemadmodum & Aristoteles tradit, quoties propter consequens redargutio fit, ut si quis petat consequentiam conuerti, quæ tam conuertitur minime. Exempli gratia, si quis, quia hoc ex necessitate est, & illud est, id

## DE ELENCHO SOPHIST.

circo putauerit, quia illud sit & alterū quoq<sup>z</sup>  
ex necessitate esse. Vnde & deceptions, quæ  
propter opinionem ex sensu sunt, hoc modo  
plerunq<sup>z</sup> fiunt. Hinc s<sup>e</sup> penumero id, quod fel  
est, mel esse supicantur, eo quod flauus color  
vt fel, ita & mel quoq<sup>z</sup> consequitur. Quapro  
pter si quis ita argumētetur, hoc mel est, igitur  
flauum, recte quidem sequitur: at contra non  
recte, si hoc modo: Hoc flauum est, igitur  
mel est. Huius autem loci, alij duos, alij tres  
statunt modos. Ex his primus, quoties  
quis, vt ab antecedente ad consequens recte  
fere habet consequentiæ ratio, ita ē contrario  
ā consequente ad ipsum antecedens firmam  
similiter atq<sup>z</sup> constantem consequentiæ vim  
esse existimauerit, vt si animal est, homo est,  
igitur si homo non est, animal non est. Secun  
dus quoties facta consequentia, ab abolitio  
ne antecedentis credit aliquis & consequens  
peræque aboleri posse, vt si homo est, animal  
est, igitur si homo non est, animal non est.  
Tertius vero modus est, quoties ex commu  
niter accidentibus per id, quod consequens  
esse solet, volumus ostendere id quod præce  
dit, vt qui insanus est, in solitudinem fugit De  
mocritus autem in solitudinē fugit, igitur De  
mocritus insanus est. Dicitur autem per conse  
quens, quoniam consequitur insanum esse, in  
solitudinem fugere, veruntamen non conuer  
titur, non enim si quis fugit in solitudinem,

## TRACTATVS X.

consequēs continuo est ut insaniat. Inuenias siquidem, qui res humanas despiciēs, stabilitā tem & quietem quærat, et ob hoc ad loca à tu multibus libera secedat, quemadmodum Democritum fecisse memoriae proditum est, pro inde falso creditum est ab Atheniensibus, eū insaniuisse.

### DE LOC O AB EO QVOD est, nō causam vt causam ponere.

**H**ic locus ab eo nomen habet, quod est non causam vt causam ponere, quod quidem sit, dicente Aristotele, cum assūmitur id, quod non causa est, tanquam propter illud fiat redargutio. Accidit autem tale quid in his syllogismis, qui sunt ad impossibile, in quib[us] scilicet necessarium est interi[us] mere aliquid ex his, quae sumpta sunt. Huius quidem exemplum est, quo & Aristoteles ipse vtitur, vt si quæratur. Sunt ne anima & vita idem? quod si à respondentे concedatur, ita deinde elenchus sophisticus fit: Omne quod est contrarium corruptioni, genera-  
tio est: atqui mors corruptio quædam est vi-  
tae contraria, & anima & vita sunt idem, vis-  
ta igitur est generatio, & viuere generari.  
Hoc autem impossibile est, quippe qui viuit,  
iam non generatur, sed genitus est. Hic si is,  
proposuerat, num anima & vita sunt idem,  
per interemptionem inferat ob consequen-

## DE ELENCHO SOPHIST.

tis scilicet falsitatem, igitur idem non sunt ani  
ma & vita, & respōdens hoc quoq; concedat  
argumentationis vi impulsus, nequaquam tum  
subterfugere poterit redargutionis notam.  
Quippe qui quæ antea concessa sunt, eadem  
ipse postea negauerit, quod certe per imperitiā  
eius accidit, non aduententis eam propositio  
nem quæ interempta est, causam non esse cur  
illatum sic consequēs falsum, ac per hoc ne in  
terimendā quidem fuisse, quādoquidem ipsa  
posita, aut nō posita, nihilominus id quod im  
possibile est, codem syllogismo collectum se  
quitur. Quin hęc potius interimenda erat.  
Mors corruptio quædam est, quæ nimirū  
falsa propositio est. Siquidem neq; mors cor  
ruptio neq; vita generatio est, sed vt genera  
tionem vita, ita corruptionem mors comita  
tur. Itaq; in syllogismo superius facto, quæ  
propositio causa nō erat, vt causa sumpta est.

## DE LOCO AB EO QVOD est, plures interrogationes vt vnam facere.

**R**ESTAT VLTIMUS EX HIS, QUI EXTRA DICTIO  
NEM DICTI SUNT, LOCUS, NOMEN HINC FOR  
TITUS, QUOD PER EUM PLURES INTERROGATI  
ONES FACTÆ, VNA ESSE CREDANTUR. QUOTIES IGI  
TUR DUÆ PLURESUE INTERROGATIONES FIUNT, AD  
QUAS RESPONSIO DATUR PERINDE ATQ; VNA FACTA  
SIT, CAPTIONE PER HUNC LOCUM FIERI DICITUR. QUOD PROSE

## TRACTATVS X.

profecto tunc etenire solet, cum latet responsus  
dilectum plures esse, idque vel per imperitiam, vel  
ob non diligentem ad respondendum circum-  
spectionem. Porro interrogaciones plures dis-  
cuntur, quum plura de uno, ad unum de pluri-  
bus, aut plura de pluribus interrogantur. De  
quibus & Aristoteles hoc modo: In harum au-  
tem aliquibus quidem (inquit) facile est video-  
re quod non una, sed plures quoque dandae  
sunt responsiones, ut utrum terra est mare, an  
caelum? In aliquibus vero non ita facile, ut  
putas ne hic & hic homo est? Quo fit, ut cum  
aliquis percussit hunc, & hunc hominem, &  
non homines percussisse dicatur. Rursus, cum  
interrogamus, Sint ne haec bona an non? de-  
monstratis tam bonis quam malis, utrumuis  
responderit aliquis, redargutionem haudquaquam  
quam effugier, ob falsi videlicet concessio-  
nem. Quandoque autem assumptis, hoc est, ad  
missis quibusdam, redargutio non minus fiet,  
ut si quis concedat similiter & unum & plura  
dici, ut exempli causa, alba, vel nuda, vel cæ-  
ca. Nam si cæcum est, quod visum non habet,  
natum tamen habere, & cæca erunt, quæ visum  
non habent, nata tamen habere. Igitur cum hoc  
quidem visum habet, illud autem non habet, si  
tum interroget quispiam. Sunt ne haec viden-  
tia, an non videntia? utrumlibet respondens  
dederit, erunt proculdubio ambo vel videntia,  
vel non videntia. Quod quidem utique falsum

R.

## DE ELENCHO SOPIST.

esse statim depræhenditur ex hypothesi facta;  
Hæc ita ex Aristotele pene ad verbum, ut cæ  
teræ magna ex parte, quæ in hoc tractatu con  
tinentur, omissis multorum ambagiis in re  
non magni momenti.

## QUEMADMODVM AD IGNO rantiam elenchi omnes prædicti lo ci reduci possint, & quod du pliciter elenchus ac cipiatur.

**I**nquirendum deinceps, quo pacto prædi  
cti loci omnes, siue elenchi sophistici ad res  
dargutionis inficitiam reuocari possint, idq;  
ex Aristotelis præsertim instituto, ut qui de o  
mnibus his ita pronunciat: Aut distinguendi  
sunt, inquit, apparentes syllogismi omnes, atq;  
redargutiones, aut ad ignorantiam elenchi  
reducendi, vel ab ijs præcipue, qui hanc omni  
um dictorum modorum principium faciunt,  
quatenus elenches ipse generatim accipiatur,  
simulq; omnes intra suæ definitionis ambitū  
positas particulas amplectatur. Dico autē ge  
neratim, quando alioqui ex dictis modis, siue  
locis vñus & ipse habeat, nempe ad quatuor  
vltimas particulas factæ definitionis relatus.  
Itaque sciendum, quod omnes paralogismi  
quicunque iuxta præscriptos modos sunt.

## TRACTATVS. X.

peccant, vel quia syllogismi non sint, tametsi  
videtur, vel quia contradic̄tio in his non re-  
ste se se habeat, vel quia non eadem ubique  
tam rei quam nominis ratio obseruet, id quod  
nunc per singulos locos discurrendo breuiter  
ostendere operae premium fuerit, ergo quicun-  
q; fiunt per æquiuocationem, per amphibolo-  
giam, & per figuram dictio[n]is, omnes ad elen-  
chum reducuntur, eo q; in his duplex, tum no-  
men, tum ratio sumitur, ob rei videlicet signifi-  
catæ diuersitatem. Similiter autem & qui per  
compositionem, & diuisione[m], et accentum fi-  
unt, ob ipsius vocis variationem. Porro qui  
secundum accidens fiunt, & item propter con-  
sequēs, & per id, quod est sumere quod in prin-  
cipio est, nec non per id, quod est non causam  
ut causam ponere, propterea q; v nusquisque  
horum prævaricator sit præscriptæ nuper syl-  
logistice legis. Qui vero propter id, quod quo-  
modo & simpliciter, quoniam non de eo,  
dem affirmatio & negatio est, quare nec in his  
vila est vera contradic̄tio, licet credatur. Po-  
stremo autem & qui fiunt propter id, quod est  
plures interrogations ut vnam facere, quod  
in his non enucleamus, neque discernimus  
propriam ipsius propositionis rationem,  
quaे quidem est ut vnum de vno dicatur:  
Nam eadem est vnius rei, & rei sim-  
pliciter definitio, ut hominis, & vnius ho-  
minis. Cum ergo quaे in syllogismo sumitur,

R. n

## DE ELENCHO SOPHIST.

apparet esse propositio, et non est, quatenus in ea non vnum de vno prædicatur, manifestum est & hic ad inscitiam redargutionis reuocans dū est. Est enim redargutio syllogismus quidam, nempe contradictionis. Ex quo iam patet factum est, omnes locos siue modos ad ignorantiam elenchū reuocari posse, hos quidem qui in dictione sunt, quoniam in his apparet est contradictione. Illos autem, qui extra dictione, maiori ex parte propter syllogismi rationem, definitionemque.

## EX QVIBVS CAVSIS SOPHISTICÆ PRODEANT DECEPTI<sup>E</sup>ONES.

**C**onsentaneum fortassis fuerit inuestigare quoque, quibus ex causis huiuscmodi, imposturæ atque deceptiones proueniunt. Itaque dicamus ex Aristotele, quæ deceptio omnis prouenit in his quidem, quæ per æquiuocationem & amphibologiam fiunt, sophis matis, eo quod non potest quispiam distingueri, id quod multiplex est, siue multipliciter dicitur, ab eo quod vno modo dicitur dū taxat. At in his, quæ per compositionem & diuisiōnem, eo quod nihil interesse putatur inter orationē compositam et diuisiā. Similiter autem & in his, quæ per accentum fiunt, propterea quod nonnullis idem significare videtur eadē

## TRACTATVS X.

vox intensa & remissa, hoc est, acuto vel gravi accentu prolata. Et in his item, quæ per figuram fuit ob dictionis similitudinem, quod difficile sit dijudicare, quæ similiter atq; aliter p̄ferātur. Fere enim quisquis hoc facere poterit, is in procinctu est, ut quod verū est videat, et per hoc promptus erit vel concedere quod cōcedēdum est, vel negare quod est negandum. Rursus autem in his, quæ per accidens, eo qđ quis nescit dijudicare, idem ne sit an diuersum quod sumitur, tum, an vnum an multa, Similiter autem in his quæ per consequens fiunt, per hoc quod arbitramur, ut consequens ab antecedente non separatur vñquam (est enim ipsum antecedentis pars quædam) ita nec à sequente antecedens separatum iri. Porro in his, quæ fiunt propter omissionem orationis, hoc est, alicuius particularum quæ in elenchiratione positæ sunt, & in his quæ sunt propter id, quod aliquo modo & simpliciter dicitur, & in his item, quæ quod in principio est, sumuntur & in his quæ per non causam vt causam accidunt, & quæcunq; plures interrogations vt vnam faciunt, propterea quod in his omnibus non exacte discernimus, neque sumptas propositiones, neque ipsius syllogismi verum terminum, hoc est, rationem, definitionemque, per hoc quod parum nobis differre videantur ea quæ iam dicta sunt, vt non causa & causa, quod simpliciter & quoquo modo, & interro

R. ij

DE ELENCHO SOPHIST.  
gationes plures & interrogatio vna.

DE RECTA SOLVTO<sup>z</sup>  
ne paralogismorum.

**Q**VIA VERO non minor ars est soluere nodos, quam eosdem implicare atque costringere, quod quidem ita esse, argu mento nobis esse potest Gordij Phrigiae regis nodus in Iouis templo suspensus, quem Alex ander magnus (ut est apud Iustinum histori cum) idcirco quod ingenio soluere nequisset, gla dio usus violenter abscedit. Ob hanc nimirum causam, quia sophistarum argutias captiones quod, quod syncategorematum nexibus, ceu nos dis quibusdam implicitae atque inuolutae sint, ut struere fortassis non facile, ita proculdubio soluere longe est difficilimum. Aristoteles tandem ipse, cum quemadmodum struantur illae certis locis præscriptis id iam monstrasset, eadem quo pacto etiam dissoluerentur, pari cura atque diligentia docere instituit. Unde & ab eodem recta solutio definitur, falsi syllogismi manifestatio. Porro falsus syllogismus duob<sup>z</sup> dicitur modis: Aut enim quia ex falsis collectus sit, aut quia syllogismus non est, tametsi videatur. Ergo cum duobus modis falsum esse syllogismum contingat, duobus quoque modis ipsum dissoluendum docet, nempe aut per interemptionem, aut per distinctionem. Per interemptionem quidem, ut quoties ex falsis col-

## TRACTATVS X.

Lectus est. Per distinctionem vero, cum apparet syllogismus, & non est. Verum enim uero ut id quod querimus, breuiori via, q̄d quæ ab Aristotele tradita est, assequi possimus, ex Iacobō fabro Stapulensi tres regulas in animis induxi hic subiectandas: Quarum prima hæc est: In omnibus paralogismis qui sunt per equiuocationem, amphibologiam, compositionem, diuisionem, & accentum, si quod sumptum est multiplex, distinguendum est, Alioqui confusione parit, quæ tollitur interim cum ipsum distinguitur. Insuper & in eisdem consequentiæ ratio discutienda examinandaq; venit. Secunda: In omnibus paralogismis qui sunt per figuram dictionis, per accidens, per id quod est secundum quid & simpliciter, per ignorantium elenchū, per consequens, per non causam ut causam, per id quod est plures interrogaciones facere ut vnam, consequentia neganda est, & mox cur negata sit, ratio subiungenda. Tertia: In omnibus paralogismis, qui sunt per id quod est, petere id quod est in principio, ipsum antecedens aut negandum plane est, aut certe addubitandum,

## PERORATIO.

HABES studiose lector, siue adolescens,  
siue adultæ ætatis iuuenis, dialecticam tibi paratam, non aliam ob causam (sic mihi crede)

R. iiiij

nisi ut post hac, quicquid in studijs liberalibus  
addiscendum tibi fuerit, citra crassam illam &  
foedam barbariem, facile id iam assequi videri  
possis. Quippe quod haec sola visa sit hactenq;  
deesse ad ternarium illum studiorum numerū,  
quæ trivij communij nomine appellantur, id  
quod in primis triuialium ludorum magistri  
atque præceptores sæpe ac multum conquesti  
sunt aliquot annis, tales utique præceptores  
(qui ut pro comperto ipse habeo) totis viris  
bus ad hoc contendunt, ut docilem iuuentus  
tem rite instituant, à barbarie auocent, bonas  
artes doceat. Itaque si haec dialectica nostra talis  
tibi visa fuerit, ut ex ea id qd<sup>r</sup> summope tui mo  
liuntur præceptores, pro voto assequi potu  
eris, bene est: Sin vero nondum id  
à me præstitum sit (quod equi  
dem vereri possum) cona  
tum saltem quæfso,  
si non rem ips  
am, lauda  
ueris.

QVID SIT PHILOSO-  
phia, & item quid sapientia, simili-  
ter quid philosophus, & qualem  
eum esse oporteat, ex Alcinoo  
Platonico philosopho, de  
doctrina Platonis, inter-  
prete Marsilio  
Ficino.



## PHILOSOPHIA

est appetitio sapientiae, uel so-  
lutio animae a corpore, & co-  
uersio quedam ad ea que uera  
sunt atque diuina. Sapientia est  
diuinarum humanarumq; rerum  
scientia. Philosophus autem est,

qui a philosophia nomen accipit, quemadmodum a mu-  
sica musicus, & qui philosophus futurus est, ab ipsa  
natura sic institutus esse debet, ut primo quidem ad  
omnia disciplinarum genera facilis ac promptus exi-  
stat: deinde ut non ijs que in fluxu uersantur, sed il-  
lis que semper eodem modo consistant, mentem adhi-  
beat. Tertio loco ut natura sit uerax, ab omni menda-  
cio penitus alienus. Quisquis enim ueritatis audius,  
ad diuinarum contemplationem mentem conuerit,

R v

uoluptates corporis paruipendit. Oportet propterea  
liber ali animo philosophū esse. Etenim rerū uiliū esti-  
matio homini ueritatem rerum contemplaturo aduer-  
sa est. Huius insuper uoluntas iustitiam diligit, quip-  
pe cum ueritatis, temperantiae, liberalitatis studiosus  
existat. Adde quod ingenij acumine atq; memoria illi  
opus est, h.ec nāq; philosophum uerum perficiunt.  
Atqui he quidem naturae dotes, cum disciplina  
atq; educatio decens adhibita est, perfectum  
uirtute uirum perficiunt: uerum si ne-  
glectae sint, maximorum scele-  
rum causa sunt.

DE TRIBVS APVD PHILOSO-  
PHOS differendi generibus, ex præfatione  
Marsilij Ficini in librum de  
uoluptate.

**T**RIA SVNT apud philosophos differendi ges-  
tera: Vnum, quod certam aliquam questionis  
partem disputando defendimus atq; approba-  
mus, ut Peripatetici ac Stoiciscere: Alterū, quo que-  
stione proposita, diuersas ad id quod queritur, sente-  
sias rationesq; referimus, ut propositis pluribus, in-

uicemq; collatis, quid ex his probabilius uerisimilius  
que appareat, eligamus, quo Academicci ac Socratici  
penè omnes uisi sunt: Tertium genus Scepticorum  
maxime proprium est: qui cum omnia indifferentia  
esse putent, nec certum aut probabile habeant quic-  
quam quod sequantur ( ea enim que naturæ ordine  
se iuncta distinctaq; sunt, confundunt atque perni-  
scunt ) ab excellentioribus philosophis quibusq; re-  
iiciuntur.

TEΛΩ, ΗΓΩΝ ΘΕΩΝ ΔΩΣΙΔΑ,

EXCVSVM AVGVSTAE

Vindelicorum per Alexandrum

Vucissenhorn.

Anno M. D. XXXV.

1842841

1842841

1842841

1842841


1842841


1842841

1842841

1842841

1842841





Copulatis et, qd, atq; ac, quib; etiā, p̄t̄rā, ito  
disjunctis aut, bel, ne sine sens  
Eg pletis, quidē, eqmē, / idem, ēmē, b̄q, porro  
causatis / b̄i, qnatē, nam, nāq, m̄q, ne  
+ vano nato, ergo, ideo, agim, idavio,

ambit qui nomine yheron i' Aethir kai exotheis  
Et aut r̄f̄sib universale quod, nō notata rectis  
venerans soni, temporis, aut p̄sonae ut cuncte  
erat. etiā libri, sic ne duxenda yheron a rapidū i' simo  
arbitrari a Cetero infirmū, propositū r̄solutio  
Exotheis quicquid rectis p̄sonis. i' vns aut sp̄cificis  
sum. At l'omnis Cetera dñe. h̄t sic ne Ceteri dñe.  
Si exeret h̄t omni' i' vndeundi b' n̄ p̄sonis libri  
qui yheroni sūn' p̄sonis, an h̄t tempore  
Exotheis ovando manuā libris p̄sonis dñe.

Civit  
et mar  
ita pro  
ut fore  
benes  
z agem

um lib  
ram p  
frui sci  
pōr. qui  
licet p  
olyposu  
lendit  
encū la  
ter rape  
triumph  
ta ec p  
or

re  
a  
re  
di  
al  
in  
li  
t  
y

